6
21 -6
8

E 3/24

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
20/1A
13

[Bib]liotheca
[C]oll. Rom.
Societ. Jesu

21-F-20

7-1-8-30

Digitized by Google

5-21-68

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBRI XXIV.

EMPVLITANO PETRO CIOFFIO AVTHORE.

Bibl. coll. Soc. Rom. Soc. Iesu



BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Typis Bartholomæi Zannetti. 1621.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

P. Epiſcopus de Curte Viceſg.

Digitized by Google

EX commiſſione Reuerendiſs. P. Fratris Hyacinthi Petronij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri, ego F. Aloyſius Viuianus Ord. Præd. perlegi opus, quod Sacrarum Deſcriptionum Libri vigintiquatuor, Petro Cioffio Empulitano Authore, inſcribitur. In quo cùm nihil Catholicæ doctrinæ, aut bonis moribus contrarium inuenerim, ideò exiſtimo non ſolum dignum eſſe vt approbetur, & typis mandetur, verumetiam maximè periucundum fore ſacras litteras profitentibus cenſeo. Romæ in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam 23. Decembris 1620.

F. Aloyſius Viuianus qui ſupra.

Imprimatur.

F. Gregorius Donatus Rom. Magiſt. & Reuerendiſs. Patris Fratris Hyacinthi Petronij Rom. Sac. Pal. Apoſtolici Magiſtri Socius, Ord. Præd.

Digitized by Google

EMPVLVM loquitur.

HOc oppidum quod cernitis, Græcum fui,
A faucibus quas occupo, dictum Empulum;
Struxere quos Dionyſius Græcos refert,
Qui Tybur etiam proximum conſtruxerant,
Vix longiùs quàm milliario altero;
Vicere ſed quos Liuius Duces docet
Ab Vrbe quadringenteſimo anno condita,
Centeſima quinta dum flueret Olympias.
Me Syluia Domina, Gregorij Magni parens
Monachis Diæ Scholaſticæ dono dedit.
Hinc deuolutum temporum ſucceſſibus
Vrſiniorum parui genti diù,
Subinde Medicis, poſtea & Farneſijs.
Tyburs coegit deuium in tumulum incolas,
Annis trecentis mille poſt hominem Deum,
Quòd tranſeuntes diceret dolo peti.
Me Penthimenius comprobat Græcum lacus
A mœnibus diſtans ſtadio ſolum meis,

Digitized by Google

Quippe vndequaque quinque mẽſuras patet:
Sed in Latinũ hoc verſum opuſculo arguor,
Petri Latina voce quòd Cathedræ ſacro,
Annis trecentis à fugatis Ciuibus,
Authore Græco germine Petro Cioſſio,
Notata origine per ſeriem antiquiſſimam,
Monumenta vti cognominum clarè docent,
Serpente Græcè denotato in Cioſſio.
Nihil tamen Serpentis ad ſonum time:
Nam Cioſſium aliàs dicitur Pacellium.
Vt non ſit iſte noxij ſuaſor mali,
Sed pacis author, & bonæ prudentiæ.

VNI-

Digitized by Google

VNIVERSIS Chriſtianæ Reipublicæ Academijs Pacem in Chriſto Ieſu.

ANtiquiſſimam eſſe veritatem omnem, atq; ipſis planè rebus coæqualem, nemo eſt, qui ambigere aut poſſit, aut debeat, Amatiſſimæ. Conſe-

quitur enim ſingulas neceſſariò rationes, vt mentis benè diſpoſitæ actibus adæquentur. Sed verò puriſſimus ille liquor per corruptos hominum animos, per cœnoſa quaſi loca defluens, decurſu temporum ita perſæpè fœdatur, vt aliam videatur naturam aſſumere. Quapropter humana eatenus authoritate omiſſa, & intima rerum ſeu natura, ſeu fundamento perſpecto, in primam pro viribus reducendus originem eſt: vt moleſtè ferre præcedentium nonnulli non debeant, ſi ſua ſenſerint ſcripta purgari. Et quidem Diuina prorſus quæuis veritas habeatur, quæ, ſi reijcitur, non vincitur; ſi proſternitur, non

perit;

Digitized by Google

perit; ſi reticetur, non marceſcit: conſtans enim eſt, immortalis, ſempiterna, omnibus imperans, ſuperſtes omnibus, ac de omnibus planè triumphans aduerſarijs. hanc qui ſectantur, & diligunt, Diuinitatis fiunt quodammodo participes, humanæ naturæ præſtantiam, & dignitatem excedunt; nihil habere videntur non commune cum ſuperis. Hæc igitur ſacris in literis latè Diuini Spiritus inſtinctu expreſſa, & meo labore vigintiquatuor libris, ſub nomine Sacrarum Deſcriptionum Hexametris verſibus comprehenſa, vobis veritatum apprimè ſtudioſis offertur, quaſi aqua de Ciſterna Be-

thel extracta; vt vel deguſtetis auidius, vel, ſi magis placet, Dauidi ſimiles, piè libetis Creatori Deo. Valete: Aetatis anno quadrageſimotertio, Chriſti autem Domini M. DC. XXI. Kalendis Ianuarij.

Addictiſſimus

Petrus Cioffius.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER PRIMVS.

PRincipio Deus Vnus erat, non conſcius ortus,
Nullo ſæclorum vt longo variabilis æuo,
Corporea non mole grauis, natura perennis,
Indiga nullius, fortunatiſſima rerum.
Non tamen vna Dei perſona fuiſſe feratur:
Tres numero ſunto, Mens, Intellectio, Velle.
Mens ſubſtantifica eſt Pater, Intellectio Verbum,
Et ſubſtantificus Diuina Volitio nexus
Amborum; vis Vna Tribus, pariterq. poteſtas:
Ingenitum Patrem, Genitumq. parente putato
Verbum, perq. iſtud ſpirata Volitio fluxit.
Hic ergo certus præſcripto tempore Dias
Pandere diuitias, ac ſe conferre Creatis,
Explicat æterno ſuppreſſa volumina nutu,
Et facit ex nihilo, quæ produxiſſe videmus.
Tu, cui nuda patent rerum monumenta priorũ,
Et quæ ſeu penitus, ſeu quo ſint ordine geſta,
Tu mihi Diue refer, cæptiſq. allabere noſtris.

Digitized by Google

Hoc quodcumque vides, vel quod ſupra inſtat, & infra eſt,
Id ſpatium perinane fuit, fuſumq. tenebris,
Cùm Deus, Adſit, ait, cuiuſuis corporis expers,
Ac noſtris poſthac inſeruiat vſibus ales:
Regiaq. Alituum, ſcintillantesq. cohortes
Aſtrorum, Sol ipſe nitens, & candida Phœbe,
Et quæuis ſimplex ſubſtantia ſenſilis Orbis,
Scilicet & tellus, & pontus, & aer, & æther,
Innumeri fluxere: velut cùm vere tepenti
Plurima ſæpe ſolet micuiſſe Cicendula noctu.
Hic primus fuit ille dies, quem lucifer Orbi
Attulit; & magni patuerunt atria mundi,
Atria compoſito nondum diſtincta ſub axe.
Proxima lux aderat, cùm circumfuſa repente
In certas abijt ſedes vis omnis aquarum.
Tum primum excelſi montes, ac littora latè
Cognita, terrarumq. apparuit vndique tractus:
Educti medium cinxerunt aera nymbi,
Et ſupra nymbos potuit candeſcere fulmen.
Exemit caput inde ſuum lux tertia plantis,
Et quæuis concepta arbor vegetabile corpus,
Germina laturum ſibi conuenientia in æuum.
Quarto cœpta die ſtatio aſſignarier aſtris,
Formaq. perpetuo curſus manſura rotatu,
Singula ſeu cauſſæ, ſiue argumenta futuri.
Inſequitur quintò piſcis, volucerq. vocatus
Ex vndis: quorum alter aquas illudit, & alter
Aera diuiſis inter fluitantia regnis.
Iam pulſis ſextò tenebris Sol aureus ortu
Igniuomũ extulerat caput, ac ſupera ardua ruptis
Carceribus bijugi currus verſabat habenis:
Cùm Pater omnipotẽs præſenti Numine cœpto
Incumbens operi, terreſtria prædita ſenſu,

Bruta

Bruta tamen primùm diuerſa animalia fingit.
Impoſiturus erat ſexta ſub luce creandis
Præſcriptum rebus finem, cauſſisq. daturus
Seruandum per ſæcla modum, legesq. receptas:
Cùm cœno è modico, modicoq. è puluere totũ
Corpus Adæ finxit facti Deus arbiter Orbis,
Infuditq́; animum membris; & conſcia cœpit
Verſari ratio recti, prauiq. per artus;
Conſiliumq. in mente ſtetit; ſimilisq. parenti
Eligere vtrumuis, ſtudia in contraria ferri
Iam potuit; rerumq. olli conceſſa poteſtas,
Et productorum per ſingula partibus vti:
Quin etiam Alituum iuſſi inſeruire frequentes
Sunt homini, & quoties opus eſſet adeſſe paratos.
Vnde rebelliferæ cœlo cecidere cohortes
Inuiſum, reprobumq. genus, penitusq. ſub imas
Fluxerunt ſedes magnis vlulatibus actæ.
At neque pro noſtris occaſio defuit actis:
In vetitum ruitura nefas humana propago
Accepit leges non ſeruatura repertas.
Eſt locus Euphratemque, Phiſonque, Tygrimque, Gehonque
Inter, delicijs quondam formatus alendis,
Nunc deſertus ager, collesq. vt cætera rerum:
Illic læta quies, illic & fertilis anni
Sueta ſuos fructus pleno dare Gratia cornu,
Inde timor, mœrorq. aberant, ac turpis egeſtas,
Arbor, vbi velles (vitæ dixere priores,)
Inſtaurare artus, mortemq. expellere poſſet:
Sola Arbor praui, atque boni guſtata, per æuum
Innumeras deſtruxit opes, aditumq. recluſit
Funeribus latum, ſtygio impellente magiſtro.
Namque vbi complerat mundi ſpectabile corpus:
Sumito, ait, quæcumque voles, rerũ arbiter eſto,

Vna

Vna ſciendi arbor (placeat modo vita) negatur.
Inde graui preſſit nutantia lumina ſomno,
Et coſta finxit dempta feliciter Hæuam,
Viuentū matrem: genus hinc per ſæcula quondā,
O vtinam intactis vetitis, mortale ſequutum.
Inuidit Dæmon, qui mutua corpora vafro
A Serpente petit, certatq. illudere, & omnem
Transfuſo in partes viru corrumpere maſſam.
Innatum rupiſſe iuuat decus, atque receptas
In commune bonum curat diſperdere dotes.
Ergo Hæuam aggreditur: dedit Hæua impulſa ruinam,
Non ſecus ac ventis exciſa furentibus arbos.
Credula nāque nimis, velut aſſimilanda Tonāti,
Excuſſa vetitum guſtauit ab arbore pomum:
Attulit inde viro, ne pars benè ſana ſuperſit.
Parce pater Generi, non exitialia flectant
Dona virum, infliges nulli medicabile vulnus:
Agnoſcas fructus, illa ſunt Arbore dempti,
Quā Deus intactam voluit ſupereſſe: quid audes
In vetitum ire nefas, certæq. occurrere morti?
Heu nimium infelix, ſortisq. oblite tuorum,
Nos accerſito tecum quid funere perdis?
Non ea coniugij lex, vt ſpernenda Tonantis
Sint præcepta tibi: promiſit inania ſerpens,
Mendaces dedit ille ſonos: quid fiditis hoſti?
Heu nimium faciles veſtra in contagia mentes,
Quàm lubrica lubet ire via! conuertite greſſus:
Non iſthàc petitur cælum, ſedesq; beatæ
Fortunatorum Alituum: Certamine nobis
Non opus eſt iſto. ſatis eſt dubitaſſe, ſuperque.
Reſpuite in noſtrum medicamina nata dolorem,
Non decet in molli fortem floceſcere ſenſu.
Scilicet amiſſas Dæmon lucrabitur arces

Inui-

Inuidia, noſtraq. iterum petet aſtra ruina.
Quid deguſtanti partem modò profuit Hæuæ?
Proijce poma manu, occultasq. requirere cauſſas
Neglige, & impoſitam ſerua pio Numine legem.
Infauſtos taceam caſus? fatearne parentis?
Coniugis hortatu vetitis depaſcitur eſcis,
Perdat vt omne genus ſecũ, interitumq. perẽnem
Afferat, humani reparet niſi ſeminis author.
Tunc primùm acceſſere neces, & cognita probra,
Morborumq. ſimul denſæ irrupere cohortes,
Factus & eſt vitijs longè procliuior vſus,
Ac patuit vitijs longè decliuior ætas.
Serpentem ſua pœna premit depaſcier herbis,
Fœmineos partus capiunt extrema dolorum;
At te vir manſit durare laboribus æuum.
Nec tamen hoc tenuit ſe limite Iudicis ira,
Quin etiam expulſi Regnis felicibus ambo
Immeritas nacti ſedes, indignus vterque,
Qui legerent vnquam vitæ reparabile lignùm,
Pelle ſuper nudo, proiecti ea ſigna pudoris.
Hortorum in portis cuſtos cælo aſtitit Ales,
Qui malè demeritis hoſtem longè arceat hortis,
Exiliumq. animo reuocet, perterreat enſe
Fulmineo, vt plenè poſthac ſpe decidat omni.
At Deus Empyrea miſeratus ab Arce ſubacti
Fictile corpus Adæ, deploratosq. nepotes,
Atque vices miſeras, deturpatamq. futuri
Seminis effigiem, ſibi ne male, perfidus hoſtis
Fideret, aut nimium poſthac pro talibus auſis
Geſtiat, in famulos Ditis ceſſiſſe ſuperbi,
Quos præferre velit, triſtes deuunciat iras,
Afforeq. humano dicit de ſanguine Regem,
Qui mare, qui terras, totũ qui temperet orbem,
Dæmona qui ſæuum vinclis, & carcere frænet,
Tar-

Tartareas reſeret portas, tutumq. per aſtra
Monſtret iter terris, animosq. extollat Olympo,
Sauciaq. inferno medeatur pectora viru,
Si modò pœniteat facti; luet ipſe patrati
Criminis innocuus pœnas, & labe fugata
Mortales aſtris inuito Dite reponet.
En erit illa dies, liceat qua cernere terris
Perfractum ceruice ſtygem, fruſtraq. minantem;
Vipereisq. iubas ceruicibus attollentem.
Iam mihi fœmineus, cui nunc illudit apertè
Sexus, & infantes ſignati nomine Ieſu
Victrices monſtrant euicto Dæmone palmas.
Expecta Regem, quiſquis cupis eſſe beatus,
Crede tuas Ieſu, tergendas ſanguine ſordes,
Vt viuas, cælumq. tibi donetur habendum.
Scilicet aut velit, aut nolit ſubſtare ſuperbus
Cogetur; nihili quæſitum fraude triumphum
Ducet, & in noſtram doleat veniſſe ruinam.
Sic breue tempus eat, ſic nos confidere dignũ eſt,
Ac pariter noſtros ea fata manere nepotes,
Vt noua pacato redeat Victoria mundo.
O fortunati, quibus hæc felicia ſurgent
Sæcula, vt aſpiciant vitæ ſurgentis honores.
Huic ego nunc, corpusq. meum, ac mea pectora ſacro.

Ediderat binos diuerſæ ſortis Alumnos
Hęua parés, Cain, atque Abel: quorũ alter agrorũ
Cultibus inſtabat; pecorumq. ouiumq. magiſter
Alter erat, puroq. Deum recolebat amore.
Forte ad ſacra ſuis acceſſerat alter, & alter
Muneribus: tulit ille excerpta ex arbore poma,
Hic de fœcundis ſubductibus matribus agnum:
Non virtus vtrique eadem, nec cepit vtrumque
Exitus idem: Abel namque exorauit ab igne
Abſu-

Abſumi oblatas mactata animalia carnes,
Iuſtitiam claris teſtanti numine ſignis:
Aſt alium humanis,prauisq. affectibus actum
Gratia deſtituit, donumq. ignobile manſit,
Corda Deo ſcrutante, ac ſenſus pectoris imos.
Exarſit Cain, & quæ mens occulta maligno
Ante erat, erupit cauſſa accedente ſub auras.
Ergò foras fratrem ſecurus fraude ſuorum,
Cui ſua ſimplicitas ſolùm pro viribus eſſet,
Et quem ſimplicitas ſuperis adnecteret oris;
Proxima ne fieret ſua per commercia tutus,
Euocat in campos, ac fuſte inuadit inermem.
Quid Cain aggrederis? quæ tanta inſania mentē
Occupat, vt fratrem innocuū proſternere cures?
In quo vel nocuit? quidve abſtulit ille tuorum?
Tu prior es genitus,ſis ergò: prima parentum
Accreſcant bona cuncta tuis,non iſte repugnat:
Sint tua iura tibi,non hùc abſumptio ſpectat
Myſtica flammarum,tantum ò dimitte furorem,
Conſiliumq. necis. Quid ſi regnare duobus
Expediat? non terra capax, immenſus & orbis?
Quod ſi nec fratris virtus innixa fauori
Deterrere poteſt animos in praua ruentes,
Si te nec puduit ſcelerum, miſeretve parentum,
Quos orbos tua dextra facit; ſperato futurum
Eſſe Deum ſemper memorē fandi,atque nefandi.
Quid cumulas pœnas tua per peccata tuorum?
In ſcelera irruimus: nec,ſi ſemel obijce rupto
Oſtia panduntur, ſua dum retinacula cedunt,
Crimina per præceps iter excurrentia ſiſtunt.
Opprimitur ſubitò iuuenis, lymboq. ſequeſtro
Conditur,in noſtrum donec Deus ipſe leuamen
Surgat, & aſpiciant miſſum nigra tartara Regē.
Plectitur exilio Cain:hinc exterritus Orbe

Vin-

Digitized by Google

Vindictam in vacuo timet, effuſumq. cruorem.
Nil ſceleri in terris tutum, ſua torquet iniquum
Mens hominẽ, in ſomnis ſecurũ infeſtat imago.
Interea Hęua viro peperit Seth cognita rurſum,
In quo iuſtorum renouata ſtirpe Tonanti
Debitus eſt delatus honos: nam primus Olympo
Extollens oculos humiles effundere voces
Cæpit, & à ſuperis donum auxiliare popoſcit.
Ex illo fluxit longo poſt tempore multis
Per ſeries varias intercedentibus annis
Henoch Iareddi, quem Numen ad æthera viuum
Vexit, vt extinctos fidei rurſum excitet ignes.
Hic malè corruptos homines, moresq nefandos,
Ac deploratos perſæpe redarguit vſus
Temporis illius, crudelesq. inſuper actus;
Vnde breui docuit terris magnum affore numen,
Exitium ſolemne ferens, iterumq. canebat
In Chaos antiqui reditura elementa figuram.
Ortus erat Noe de Lamech, quingentaq. vitæ
Tempora complerat ſanctè; iamq. improba radix
Creuerat immenſum, & radix erat illa gygantũ,
Sæpius, ac dudum renouans ſua crimina ſecum,
Vt neque per Numen curari crederet Orbem:
Tantùm improuiſi ſceleris contagia poſſunt.
Ergo accerſitũ alloquitur Deus æthere ab alto:
Vnica ſpes terræ, fractæ ſolatia Gentis,
In quo tota hominum ſtirps inclinata recumbit;
Cernis vt vnanimes per prona in tartara tendat,
Turpibus allecta obſequijs humana propago,
Vt vitia illudant, vt coniurata requirat
Sub deſperatas animos componere leges,
Vt ſpreto exultet cælo ſecura malorum:
In turpes abijt ſordes, verba impia miſcet,
Nec vitæ authorem digno depoſcit honore:
Quin

Quin etiam (horrendum dictu) crudeliter auſa
Carnibus humanis lectas confundere menſas.
Ergò aliquà meritis poſthac occurrere pœnis,
Et faſtiditas mens eſt euertere gentes.
Tu, natiq. tui rationis legibus vti
Diſcite, & æternùm rectis inſiſtere factis,
Seruandi, malè ne ſupplicium comitetur agétes.
Intereà compone ratem, (tua vita, tuumq.
Committenda rati genus eſt) ſeptena volucrum
Cunctarum,& quorum vis eſt cognoſcere ſenſu;
At bina, immundæ ſi ſint animalia ſtirpis;
Sollicitasq. inferre dapes,atque optima rerum
Cura ſit in plenum tempus, ſupraq. morantum;
In cubitos abeat moles hæc longa trecentos,
Quinque ſed in latum decies effluxerit omnis,
Triginta cubitos eadem tollatur in altum.
Sexcentos ergo Noe iam compleuerat annos,
Extruxitq. ratem, ex iuſſis animalibus illùc,
Septenis (mirum) aut binis adeuntibus vltrò.
Tunc primùm lepores canibus, tygresque, lupique,
Ac genus omne trucis poſita feritate repertum
Accubuiſſe ouibus, taurumq. adſtaſſe leoni.
Cũ tribus & natis, nuribusque, ac coniuge iuſta
Mobilibus tandem trabibus Noe fidere nexo
Succedens operi, ventisq. furentibus auſus.
Vix introgreſſi, iam nubibus vndique cælum
Ex oculis rapitur, totoq. ſub orbe recedit:
Inſurgunt Euri, atque Noti, Zephyriq. minaces,
Humentesq. Auſtri ſimul, offuſumq. tenebris
Aera conuoluunt circumuolitantibus vmbris:
Terrifici fulſere ignes, crebroq. micantes,
Aere diſcuſſo reſonat clangoribus æther.
Iam videas toto labentia flumina cælo,

Digitized by Google

Iam fluere immiſſis veluti torrentia habenis,
Crediderís ſupero ruituras æthere ſtellas,
Crediderís totum iam præcipitarier Orbem.
Exuperat ripas humor, clauſtrisq. recluſis
Exundat latè, tenet omnia pontus; & amnes
Littora diffugiunt, nec, quæ prius ora, coercet
Amplius æquoreos fluctus, vaſtumq. profundum.
Limes abit, cedit tellus, inſanaq. tollit
Lympha caput, tumido cælum ſtrepit omne tumultu:
Ipſi ſunt vetiti fontes, fluuijq. meatus
Occultos terræ, cæcosq. recurrere flexus:
Sternuntur pecudes; & cuncta animantia fluctu
Preſſa iacent ſubito rerum concuſſa fragore.
Multi Pinde tuum curſu petiere cacumen,
Nec tamen in Pindi ſedere cacumine tuti;
Et multos celſi vertex excepit Olympi,
Nec tamẽ hos vertex defendit Olympius vndis.
Sic alij quoſcumque habuit vel maximus Atlas,
Non alij, aut Atlas propulſauere ruinam.
Sunt quibus in trabibus ceſſit fiducia nexis,
In trabibus nexis ſibi nec peperere ſalutem.
Conditio æqua omnes manſit, ſorsq. vna dolorũ:
Incaſſum extremis ſtuduere obſiſtere fatis.
Impia quin etiam iactantibus æquore verba,
Dum caderent nondum obliti feritatis iniquæ,
Accidit vnda furens, æternùmq. obſtruit ora.
Inuadunt piſces, & monſtra natantia ſyluas,
Vmbriferosq. aditus nemorum, ſtabula alta ferarum,
Exilij, regnive noui admirata figuram.
Quà curſus capreis, & apris patuere latebræ,
Fidi Delphines habitant, & grandia Cete.
Hos inter caſus, atque hæc diſcrimina rerum,
Extat

Extat aquis ratis vna Noe, ac ſecura malorum
Fertur inoffenſo circum maria omnia fluxu.
Perſtant tartareæ lignum ſubmergére turmæ,
Tradere cũcta neci, ne ſtirps vſquã vlla ſuperſit.
Aduocat hinc Phlegeton ſocios: Fortiſſima quondam
Pectora, quæ mecum ſpe falſa aluiſtis in eſcis
Primores hominum, vt caderent; votisq. ſecũda
Iam nimium ſors illa meis reſpondit abundè;
Hùc agite, hùc veſtras enixè effundite vires,
Ac pænè extinctum penitus ſubuertite germen.
Scilicet hinc Vltor naſcetur, & vltima nobis
Supplicia attulerit, ni fata reuoluimus olim.
Ergo Aſiam, & Lybiã, Europæaq. regna Trioni
Septeno ſubiecta fuga contendere cogunt:
Sed verò maior viſa eſt obſtare poteſtas,
Nimirùm cura illa Dei, ſuperumq. piorum
In fati ſortes eſt conſeruata futuri.
Ergo ſemotis longè, latèque nefaſtis
Spiritibus, ratis acta fero cita gurgite fertur,
Nec ſcopulis illiſa, aut vertice preſſa reſedit.
Cæperat immenſum ſubſterni montibus æquor,
Vndique collectis iam decreſcentibus vndis,
Ac ſteterant Auſtri, ſteterant & nubila cælo:
Cùm Noe recluſa quam fecerat arte feneſtra
Emiſit Coruũ, mox deinde ſequuta columba eſt,
Quæ redijt, rurſumq. foras emiſſa virentes
Pacificæ ramos oleæ ſecum attulit intrò.
Flante igitur Borea, qui dudum excluſus ab orbe eſt,
Siccatas tandem cùm noſceret vndique terras,
Sæpius ac ſoles etiam prodire ſerenos,
Conſilium capit inde foras emittere cunctas
Participes vitæ pecudes, volucresq. relictas.
Tùm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Tùm Noe cũ natis, nuribusque, ac coniuge iuſta
In lucem iuſſus diuino Numine prodit,
Ac tibi Rex hominum placitis animalibus aras
Perfundit, gratosq. ſimul delibat honores.
Tu memoras leges, ſeruandaq. fœdera tecum,
Atque libẽs hominum redis in cõmercia rurſus,
Ac rurſus reuocatus ades, reuocatus & adiis
Rurſus, & æternùm pacato pectore nobis:
Quin etiam pacto ſecuros reddis, & Irim
Affore promittis, ne quis deſperet ab vndis.
Torpuerat ſomno vini deceptus amore.
Vitiſator Patriarcha Noe: hunc agnouit in æde
Nudatum pudibunda ratus Chananæus, ab illo
Illicò nudatum, Iapheth pudibunda parentem,
Semq. docet fratres, riſuq. inhonorat iniquè.
Vultibus auerſis humeros adopertus vterque
Nudatum pudibunda patrem componit amictu.
Excutit hic ſomnos, Chananæi & probra ſceleſtũ
Admonitus, per quæ ſecum irreuerentius egit,
Probra ſibi, ac natis non deficientia poſcit.
Annuit Omnipotens precibus, iuſtasq. querelas
Deſtinat eſſe ratas, cælumq. recanduit ictu.
Vniuoci ſermonis erant, quos nuper ad auras
Ediderat natura parens telluris alumnos,
Obliti humanæ cùm conditionis in vnum
Conueniunt, fines extendere longius arte,
Quàm placitum ſuperis, cæli ſuperare cacumen,
Ac mortale, nefas, caput inſeruiſſe ſub aſtris.
Ergò exhortati pariter, pariterq. minaces
Pro ſe quiſque ſuo perfungi munere perſtat:
Erigitur moles, iamq aera pulſat apertum,
Ac medium exceſſiſſe putes, illudere nubes
Infra ſe poſitas, atque aſpirare ſuperbe
Cum ſuperis ſociaſſe thoros, ac figere curſus
Poſſe

Digitized by Google

Poſſe nouos temerè terras obeuntibus aſtris.
Ecce indefeſſi lateraria mœnia condunt,
Atque bitumineos miſcent per mœnia ſuccos:
Feruet opus, veluti cũ apibus ſua tecta nouãtur.
Immenſum creſcit: cupiunt inuadere cælum,
Nec iam ſuſpectu murorum ſumma videntur.
Centimanos ibi adeſſe Gyges, & brachia cẽtum
Dixeris Ægeonis, Briarei, & dorſa Gygantis.
Nouerat audaces auſus, ac geſta virorum
Impia mundi Opifex, ac deteriora ſequutos:
Cùm, ſatis eſt, inquit, ſcelerum; aſpernatus abundè eſt
Nos homo, iã nimium ſpe mentem pauit inani.
Viſa diu improbitas ſuperis illudere Regnis,
Quin etiam rigidas decuit quam flectere mẽtes,
Peiorem peperit patientia longa tumorem.
Ergò agite, ò Superi, ſenſus confundite vocum,
Ne poſthac habeãt homines commercia linguæ.
Dixerat, effectus ſequitur: Babel inde vocata eſt
Machina, ſtultitiæ monumenta perennia noſtræ.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER SECVNDVS.

TV felix Abraham ſequeris mihi iure canendus,
Tu,ſemenq. tuum. rerum mihi naſcitur ordo
Altior: ergò faue,nobiſq. aſſueſce vocari.
Rurſus in antiquas ſeſe deuoluere ſordes
Auſi ſunt homines: falſos pietate relicta
Concepere Deos, & inaſſociabile nomen
Partiri rebus paſſim cœpere creatis:
Cũ Deus Omnipotẽs cupiens diſtinguere rurſus
A reprobis iuſtos, tenebras à lumine,ſignis
Te vocat,atque alias ſecedere cogit in oras.
Tu pares dictis,patriam,Syriamq. relinquis,
Et Chananæorum conuertis in oppida greſſus,
Succedis terræ: te Numen ab æthere ſummo
Edocet in ſomnis ea Regna manere nepotes,
Vnde Deo per te condigna altaria ſurgant.
Fortè fames Chanaan peruicerat arida terras,
Ægyptumq. petis, præſtanti corpore tecum
Connubio iunctam Sarai deducis eodem.

Hanc Pharao princeps facie, formaq. decoram
Audierat, rapit inde ſibi, atque in tecta recōdit,
Nil veritus Superos, nihil exitiale futurum.
At Deus inflictis tanto pro crimine pœnis
Arguit authores ſcelerū, ac rem pandit ad auras,
Sollicitos reddens, malèq. ad ſua cōmoda tutos.
Tu reuocatus ades, charaq. in coniuge præſens
Numen adeſſe tibi, cauſſisq. fauere tuorum
Agnoſcis, nec velle tuos fœdarier ignes:
Myſtica quin etiam tua per connubia texis,
Nec tua geſta carent ſimili quæcumque nitore.
Niliacas ergo ſedes vxore recepta
Deſeris, ac rurſus Chananæa in regna recedis.
Loth tuus inde nepos aliò ſeceſſerat à te,
Viueret vt Sodomis claras Iordanis ad vndas.
Bella iterant Reges, quia nam ſeruire recuſat
Ælamitarum Regi Sodomita tyrannus,
Excuſſitq. iugum ceruicibus. Ergò rebelles
Commiſſo ſecum duro certamine, retrò
Vertere terga ſibi, ac longè aufugiſſe coegit.
Pars cecidit bello, fit ſeruus: at hoſpes ab hoſte
Loth captus; felix victor tantummodo ſi vim
Illo de cunctis quondam abſtinuiſſet ab vno.
Conſcius aduerſos caſus ſubijſſe nepotem
Agmine diſpoſito, ac turmis tecum ire coactis,
Hoſtem perſequeris, noctu ſuper irruis, vltrò
Inuadis, ſuperas, prædaq. potiris, & auro:
Quodq. fuit rerum ſummæ ſuper omnia curæ,
In libertatem genitus reuocatur ab Ara
Fratre nepos, ac quæ poſſederat ante bonorum.
Melchiſedech Solymæ Rector, ſanctusq. Sacerdos,
Victori occurrit, panem, vinumq. Tonanti
Delibat gratus: ſed tu reuerenter eidem

Ex partis decimas pro belli iure recenſes,
Ne quid prætereat, tua quo non cognita terris,
Sit veri cultus pietas, exercita virtus.
Ergò Deus rurſus tibi ſeſe in præmia ſpondet,
Aucturumq. docet cæli quaſi ſydera natos.
At prius, inquit, erit Nili tuus accola partus,
Attamen in ſedes tandem eſt rediturus eaſdem,
Tempore poſt multo victor: tu corpora primi
Arietis, & capræ, ac vaccæ argumenta futuri
Mactato, ſumpta cum turture, cumq. columba:
Exequeris iuſſos perfecto pectore cultus.
Iamq. ſub occiduas Sol ipſe reſederat vndas,
Cùm ſuperimpoſitus ſtructis Altaribus ignis,
Et fumus, (mirum) viſi diſcurrere carnes,
Effuſæq. iterum voces promiſſa canentes,
En erit illa dies, tua qua digniſſima proles
Auxilijs innixa meis dominabitur Orbi:
Scilicet Oceanum quà Sol vtrumque recurret,
Victricem excipiant populi, lætiq. repoſcant
Iura, nec Imperij quiſquam aſpernetur habenas.
Non flores totidem nouus vnquam emiſerit annus,
Nec totidem canas produxerit æſtus ariſtas,
Quot nati, patresq. tuo de fœmore ſurgent,
Seu clari Reges, ſeu ſtirps clariſſima Regum:
Quin etiam inferni ſpoliata ſede Tyranni
Empyreas olim tandem contendat in oras.
Æquoreas Arctos prius eſt peritura ſub vndas,
Deſtituant pontum piſces, animalia terras
Cuncta prius, ceſſetq. genus volitare volucrum,
De te, deq. tuis quàm deſinat eſſe quod audis.
Vox ſtetit: ipſe tuo ſub pectore dicta reuoluis.
Mancipium Sarai Dominam inſulſiſſima rerum
Concepto de te fœtu contempſerat Agar,
My-

Myſterium complente Deo mirabile tecum,
Excipit hanc Sarai te concedente frequenti
Verbere: at illa fugam ſecreta per auia captat.
Ipſe Deus cœpto curſu, greſſuq fugaci
Alite de cœlo miſſo deſiſtere ſuadet :
Quin, ait, haud dubites: nā ſemine ſurget ab iſto
Inclyta gens armis, atque inuictiſſima bello:
Ergo age, carpe viam, Dominæ te ad limina pre-
fer,
Ac famulæ munus non dedigneris obire.
Agar abit, Saraiq. ſubit præcepta libenter.
Ecce Pater ſuperum diſtinguere fortius optat
Electum genus à reprobo, iuſtumq. ſceleſto.
Ergò iubet verpos fieri quoſcumque tuorum,
Ac circumcidi per ſæcla ſequentia cunctos
Luce ſub octona pueros, vt vita ſuperſit:
Sic etenim penitus depoſcere myſtica rerum.
Protinus exequeris commiſſi muneris vſum,
Seruandumq. doces natis per tempora morem,
Syderea donec ſurgens Rex Orbis ab arce
Miſceat humanis ſe caſibus, ac tua iuſſa,
Ritusq. in melius completa lege reformet.
Tres ex Alitibus tibi viſi aſſiſtere quondam:
Excipis ipſe libens in tecta, ciboq. refectos
(Certè ita crediderasi) felicius hoſpes honoras:
Illi de Sarai promittere ſæpius inſtant
Venturam ſobolem, Sarai fœcundior olim,
De te mater erit, partus tibi ſurget ab ipſa.
At Sarai dubitat, memorant, (nam riſerat intus
Occultè ſecum, grandæuus vterque quod eſſet,)
Vere nouo pariet tu ne diffidito verbis.
Interea Aligeros diſcedere velle paratos
Deducens alio placidè comitaris euntes.
Ventū erat ad Sodomæ cōſpectū, maximus infit,

Non animus nobis actus edicere turpes:
Deliciæ his miſeris latam peperere ruinam;
Peccauere omnes, tradantur vt omnia læthо.
Tu contra, quid, ſi denos ſolùm inclyta iuſtos
Iſta fouet tellus? parcam omnibus, inquit: & à te
Auolat his dictis, ac ſe ſuper æthera tollit,
Empyreos repetens aditus, ſedesq. beatas.
Ecce duo interea Sodomam ſub veſpere in Vrbē
Demiſſi comites vitam explorare nefandam,
Moresq. indignos, ac peſſima corda virorum.
Hos de fratre nepos tecta in ſua cōpulit hoſpes:
Succeſſere ambo domibus, menſæq. remotæ
Iam ſtructis epulis fuerant, cùm plurima circum
Turba hominū muros inuadere turpiter inſtat,
Ac iuuenes in probra petit, quos ille moratur
Hoſpitio ſecum, penitus perrumpere duras
Certa fores, precibus neque conceſſiſſe profuſis:
Illi indignati pro tam deformibus auſis
Iniecere manus ſceleri; quæq. ante furoris
Caligo fuerat, tenebris modò corpora texit,
Vt meritas pendi noſſet pro crimine pœnas.
His ita compoſitis ex vrbe educere certant
Solliciti ſeruare ſenem, & cum coniuge natas,
Ac ſi quos alios propter te deſtinet hoſpes,
Reſpuerant generi flexi ad contagia ſortem.
At iuuenes prohibent fugientia vertere terga,
Arſuramq. vrbem retroſpectare recuſant,
Aduenisse diem, quo fata extrema vocarent,
Cultores terræ, luerent quò ſulphure pœnas.
Digreſſi ad ſuperos iunxere fugacibus alas:
Namque per aereos tractus cū ſulphure mixtas
Demiſere faces. tàm multi grandine nymbi
Iactari ſoliti, ruit æthere ſulphur, & ignis,
Iam Sodoma in tenuem tota eſt conuerſa fauillā,
Loth

Loth fugiens,comitesq. fugæ tenet ardua mõtis,
Non fidens Segor, pro qua exorauerat ante.
Vna tamen coniux retrò ſua lumina flexit,
Et ſalis inſipidi pariter ſimulachra recepit,
Ac ſalis obtinuit ſtultæ monumenta figuram.
Conſcia conſumpti maior Loth filia ſponſi,
Accubuit patri ſomno, vinoq. ſepulto,
Concepitq. Moab;mater minor extitit Ammon,
Hunc experta modum:ſcelus intolerabile,ſi non
Deſtructæ omninò permittat opinio gentis.
Rex iterum Geraræ furtum commiſerat, à te
Abducens Sarai, mox reddidit ille pudicam,
Donatamq. auro, quia Numen ab æthere noctu
Admonuit,tædas caueat temerare iugales,
Addidit inde minas, ſi reddere forte recuſet:
Rex idem Geraræ multo poſt tempore tecum
Fœdus init, metuens ſortemque,ac fata tuorum.
Compleras centum,bis quinque peregerat annos
Illa minus, donec materni clauſtra pudoris
Recluſit producto Iſaac Regnator Olympi,
Atque marẽ attribuit præſcripto tẽpore partũ.
Tu memor es ritus, ſeruas præcepta, fidemque,
Nec geris ingrati pectus, mentemq. recepto
Munere, quin potius reuerentius omnia tractas.
Æquales inter creuit puer inclytus omnes:
Ablactandus erat, conuiuia lauta parantur,
Ac feſtos celebrare dies, ac tempora pergis.
Interea Sarai mores exoſa Imaelis
Mancipio geniti, ne quid corrumperet olim
Virtutis ſancto in puero zelata decorum,
Indignam hoc vſu ſobolem, illiusq. parentem
Immeritam inſtinctu diuini Numinis arcet.
Eiectam domibus, cedis tu conſcius ipſe,
Nec,quoniam fatis fit præſcribentibus, obſtas.

Is puer, ac genetrix deſerta per auia egentes
Errant ecce diu, donec miſeratus vtrique
Conſuluit cælo pariter Deus Alite miſſo.
Fortè tuos aliquis contemnere poſſit amores
In puerum effuſos, quaſi pectus inhæſerit vni,
Nec vitæ authorem merito depoſcat honore.
Ergo te primò, ſcrutetur vt intima cordis,
Aduocat innocui pueri ſub flore iuuentæ;
Impellit montem ſecedere Numen in altum,
Ac mactare ſibi puerum. tu certus obire
Impoſitum munus, tecum deducis eundem
Præſcriptum in tumulum: citius ſtructa ara paratur,
Ac ſuper inijcitur vinctus puer, hoſtia factus.
Quis dignè obſequium tantæ virtutis honoret?
Irruis in puerum Diuino impulſus amore,
Ac petis enſe caput, quo nil tibi charius eſſet
In terris, præcepta tamen rata Numinis vrgent:
Sed non paſſa fuit Diuina diutius in te
Seu pietas, ſeu iunctus amor ſupereſſe dolorem,
Excuſſitq. metus, ac pectora luce ſerenat:
Namque per aereos tractus demiſſus ab aſtris
Iam ſatis eſt, Ales inquit, Satis, abijce ferrum,
Innocuum ſerua, non fas abſumere lætho,
Qui neſcit peccare virum, mentemq. fidelem;
Aries mactetur, tibi qui modò proximus aſtat:
Quin etiam, quoniam ſeruato fœdere mecum
In tua damna ruis, nec pro me parcere nato
Deſtituis, Dia faciam te prole beatum:
Ille tuum reddet clarum per tempora nomen,
Inſignemq. tua pariet cum laude ſalutem
Omnibus ex Hæua ductis cultoribus orbis:
Tu Genitor communis eris Generantis ab æuo.
Neve putes falli, ſic iuro, ſequentia ſurgent

Sæcu-

Sæcula, ſic current, per noſtrum id ſpondeo Numen.
Dixerat: ipſe tuo ſermonem in pectore condis,
Et facis adiuncta pro credulitate fidelem.
Denique fœta annis, ſenioq. euicta ſupremo
Æternum, Sarai coniux ſua lumina clauſit:
Fungeris officio, nam pompa ritè ſoluta
Funerea, mandas monumento corpus inempto.
Tu quoque non aberas præſcripto limite longè
Iam nimium, ſed vita fuit tua proxima metæ.
Ergo gerendorum gnarum velut ante magiſtrũ
Sæpius appellas, adiuratumq fatigas
Enixè precibus, ne per connubia natum
Miſceat his terris, ſi te contingat abeſſe,
Complentem tua fata prius, læthoq. propinques;
Sed potius Syriam, conſanguineosq. receptus
Excurrat, ſi fortè illic condigna tuorum
Inueniat firmanda tuo connubia nato:
Nec tamen eſt Syriæ ducendus in oppida natus,
Sic aliàs etenim iam reſponſare Tonantem
Conſultum conſueſſe tibi, ſic voluere fatum.
Illicò iuſſa facit famulus, ſumptisq. Camelis
Cum gemmis, auroq., ac veſtibus intertextis
In Syriam abſcedit prædicta implere paratus.
Iamq. propinquabat terris, quas ſanguine iũctus
Incoluit Bathuel Syrus à maioribus ortus,
Et Nachor de fratre nepos, pulcherrima virgo
Æquales inter longè, cui nubilis eſſet:
Naſcentem dixere pater, genetrixq. Rebeccam.
Venerat ad fontem famulus, qui talia ſecum:
Confluit hìc omnis, totaq. ex vrbe frequentat
Turba puellarum, numen ſi vota ſecundet,
Sit Domina illa mei, quæ prima rogata Camelis
Deferat humanè potum, atque exhauriat vndas.

Virgineos ergò cœtus tranſgreſſa Rebecca
Emicat ante alias, quò ſe ſua fata trahebant:
Ergo dedit potum cunctis repetita Camelis,
Hauſta vnda è puteo: felicia dona, fidemque,
Quæ tantum meruere ſibi per ſæcula nomen.
Hauri virgo libens, iterũque, ac ſæpius vndas,
Nam decus ipſa tuũ quamuis non conſcia nutris,
Ac tuamet recreas gelidis animalia lymphis.
At pecorum ductor, domini quem cura, laborq.
Sollicitat, tacita ſecum ſub mente reuoluens
Succeſſus rerum, incertus quæ fata futurum
Tempus agat, cupiens aliquà dignoſcere verum,
Colla, manuſq. ambas, gẽmisque, auroq. coronat
Virginis, atque aures prædiuite donat inaure.
Omina coniugij caſtiſſima virgo recepit,
Ac Laban oſtentat ouans germanus vterque.
Non ille abſiſtit, verum ad præſepia eoſdem
A conſanguineo monitus veniſſe receptu
Ducit, & in patrijs vrget decumbere tectis.
Mox vbi ſucceſſit famulus, patremq. puellæ
Edocuit cauſſas, ob quas acceſſerit vrbi,
Conſiliumq. rei geſtæ, ac rem pandit ad auras;
Protinus in factum concordi mente feruntur
Omnes, atque epulis lautè de more paratis,
Et ſemel, atque iterum celebrant conuiuia ſecũ,
Ac repetenda ſequi ſtatuunt veſtigia ſponſam.
Iamq. dies aderat poſtrema futura Rebeccæ
In patrijs domibus, patriaq. nouiſſima in vrbe:
Ecce ſalutatis cunctis ſibi ſanguine iunctis
Digreditur nutrice ſua comitata decorè,
Aeternumq. vale dixit: qui fauſta ſorori
Dimittunt, comites, famulumque, ipſamq. precati.
Fortè peragrabat iuuenis ſub veſpere campos,
Cum

Cùm propius fierent Syria è tellure regreſſi,
Ac procul agnouit, famulúq. Rebecca requirit,
Ille quis? eſt, inquit, tua quem connubia poſcunt,
Ante alios longè gratus cæleſtibus omnes.
Vix ea, cùm virgo fuſos componit amictus,
Occurſusq. ſui Domini noua ſponſa petiuit.
Ergo vir extincta quem cæperat ante dolorem
Matre, noua ſponſa deducta in gaudia vertit.
Tu verò genitor iam deficientibus annis
Ad patres reuocatus abis: tua gloria viuit
In terris, nulloq. vnquam delebitur æuo.
Infæcunda diu noua ſponſa Rebecca fuiſſe,
Atque Iſaac Dominũ tandem exoraſſe feruntur,
Concepitq. duos, quorum diſcrimina ſecum
Ex vtero nouiſſe licet, partusq. figuram:
Nam ſeſe auditi collidere matris in aluo.
Conſuluere Deum: populos tua viſcera claudunt
Vna duos, reſponſa ferunt, in bella feroces:
Non tamen æqua fuerit virtus, maiorq. minori
Seruiet æternùm, libertatemq. repoſcet
Incaſſum victus, ruet omine in arma ſiniſtro.
Naſcitur ergo Eſau, ruſo tamen ille colore,
Ac pelle hirſutus, ſequitur quem lenis Iacob
Fraternis dextra plantis, pedibusq. prehenſis,
Vt de primatu certamina cœpta videres.
Creuit vterque annis, & corpore creuit vterque,
Mente ferox primus, ſimplex at moribus alter;
Deliciæ patris ille fuit, genetricis at iſte;
Iſte domi gnarus, primo venabula curæ.
Forte Eſau defeſſus agro rediјſſe refertur,
At Iacob lentes, facilesq. parauerat eſcas.
Ille prior, mecum quæſo impertire paratos
O germane cibos, iuro, tua præmia ſunto
Primatus tua vota, & inexſaturata voluntas:

Quid mihi primatus proſit, ſi viuere ceſſem?
Seu quis primatus fructus, ni vita ſuperſit?
Accepit Iacob ſortem pro lente futuram,
Spemq. Eſau vacuam, & membra exaturata recepit.
Orta fames multas vexabat noxia terras:
Ocyus ergo Iſaac non occurrentibus eſcis
Niliacam in patriam ſibi conſulturus abibat.
Cui Deus, haud, inquit, tãto tibi victus emẽdus:
Siſte gradum Geraris, ibi te mea cura fouebit,
Hic vbi clara tui viuunt monumenta parentis;
Has ego nam terras, vt iam promiſimus olim,
Tàm tibi, quàm natis ſum conceſſurus in æuum;
Nec fatum patiere nouum: non littus arenas,
Nec cælum ſtellas totidem, nec verna virentes
Arbor habet frondes, neque bruta animalia tellus,
Non aer volucres totidem, non æquora piſces,
Quot nati, patresq. tuo de fœmore ſurgent,
Seu clari Reges, ſeu ſtirps clariſſima Regum.
Is paret dictis, Geraræq. reſiſtit in oris.
Ludentem vidit cum coniuge forte Rebeccam
Rex Geraræ: vnde Iſaac, quòd diceret eſſe ſororem
Increpat, iniecto ſceleris diſcrimine terris.
Tantus adulterij iam tùm metus affuit orbi.
Sceuerat is Geraræ in campis, cui centupla iacti
Semina reſtituit magno cum fœnore tellus.
Rex ergo Geraræ longè prædiuite facto
Hoſpite pertimuit, Geraræq. recedere ab oris
Iuſſit, & impoſito diſſoluere corda timore.
Cedentẽ hoſpitibus propter noua iurgia terris,
Sæpius alloquitur Superũq. hominũq. repertor,
Et rata pro natis ſpondet ſua fata futuris.

Ille

Ille animi gratus, Diuinum implorat ibidem
Præſidiũ,atque vrbem, ſublimesq; extruit aras,
Cui ſua cognouit ſummæ eſſe negocia curæ.
Vix ea compleràt, Geraræ cùm prima poteſtas,
Primoresq. Ducum perculſi mente repulſum
Conueniunt Iſaac,ſecum quò fœdera iungant.
Ipſe ſub hæc,ſtructis eſcis, menſisq. paratis,
Hoſpitibusq. cibo lautè, potuq. refectis,
Indulget facilè, quæſitaq. fœdera firmat,
Numine geſtorum pro teſte in pacta vocato.
Illi abeunt, Iſaac ſubiere domeſtica curæ:
Iam viſum,ac vires ſibi defeciſſe viriles,
Iam fieri mortem paſſu propiore propinquam
Séſerat:ergo Eſau vocat,atque his vocibus infit,
O mea ſpes natu natorum nate meorum
Maxime,cui rerum debentur prima mearum,
Iam mihi ſupremis incrudeſcentibus annis
Non benè compacti diſſoluere corporis artus
In partes varias curare elementa videntur:
Tu venare cibos, quos & de more parato,
Vt locuples ſemper mea ſit benedictio tecum,
Quam cupis. in ſyluas ergo feſtinus abito,
Feſtinusq. redi, ſi forte occurrerit eſca,
Qua deguſtata tandem promiſſa reportes.
Ocyus abſcedit, prædaq. ſubinde potitur.
Audierat genetrix cauſſàm ſermonis, & omnem
Succeſſum geſtorum animo complexa fouebat:
Ergo pro Iacob feliciter anxia ſecum,
Et fati quondam non immemor illa recluſi,
Quò primæ Iacob deſignarentur habenæ,
Accitum proprijs accurrere ouilibus vrget,
Aſportare hædum,quem condiat. illico matris
Iuſſa facit Iacob, deguſtandumq. parenti
Iam bene conditum defert: neu forte notaret

Digitized by Google

Deludi ſeſe, neu noſceret eſſe minorem ;
Hiſpida maioris cutis, atque hirſuta quòd eſſet ;
Colla, manusq. ambas cæſis contexerat hœdis.
Eſcis interea conueſcitur ille paratis
Vocibus æquiuocis, tactuq. illuſus, & Eſau
Veſtibus aſſumptis, quorum flagrantia, odorq.
Notus eat patri, tandemq. precantia ſubdit
Verba, decus, laudemque, atque omina fauſta fu-
turi :
Tu nate in terris, inquit, mea prima voluptas ,
Fratrum eſto princeps, fratrum tibi ſeruiat vni
Cœtus, ac æternum per ſæcula viuito felix:
Fortunata tibi faxit plenè omnia cælum .
Dixerat, egreditur Iacob; mox aſtitit Eſau
Importans eſcas patri, quem fauſta precari
Expoſcit promiſſa ſibi, veſciq. ferina .
Obſtupuit primò genitor, tùm dicere contrà,
Ergo ſubripuit Iacob promiſſa bonorum :
Et feci, ac feciſſe velim, ſic fata tulerunt .

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER TERTIVS.

ODerat ergo Eſau fratrem,
metuente Rebecca
Pro Iacob genetrice ſuo: quæ
conſcia rerum
Alloquitur natum, quem diligit, atque ita fatur,
Deliciæ mi nate meæ dilectus Iacob,
Me tua fata premunt, te mente ferocior Eſau
Pertæſus tua geſta odit, tu cede furori,
Donec ab incæpto fraterna reſederit ira:
In Syriam aufugito, quò te germanus euntem
Excipiet Laban lætus, ne cede labori.
Sæpe per incertos metas attingere curſus
Eſt opus, & magnus pro littore pontus arandus:
Fixa manent tua fata tibi, ſtat vincere ſortes
Diſpoſitas, olimq. erit hæc abſentia laudi.
Obſequitur Iacob dictis genetricis, & inde
In Syriã ad fratres ſibi ſanguine pergere iuſſos.
Forte ſub occaſum Solis, cùm ſenſile terris
Somnus habet corpus, ſeu victa animalia vbique
Preſſa labore iacent, lapidum ſibi finxit aceruũ,

De-

Decubuitq. ſolo Iacob, capitiq. ſubegit.
Ecce ſoporatos, & longo tramite feſſos
Artus aſſumpſit rerum noua forma piarum:
Namque ſuperpoſitæ ſibimet (mirabile dictu)
Viſæ aſtare ſcalæ ſuperantes vertice ſtellas,
Innixumq. ſcalis Numen, ſuperosq. miniſtros
Vel terris retuliſſe gradus, vel ſcandere cælum.
Ergo Deus ſūmo alloquitur de culmine Iacob,
Multa ferenda tibi Iacob, ſed præmia rerum
Multa manent: Syriæ contermina regna videbis,
Cognatiq. genus dabitur cognoſcere Laban:
Illic contigerit pecudum pro parte tuarum,
Ac pro natabus ſponſandis tempore multo
Deſeruire ſibi, pluresq. abſumere menſes:
Tu ne cede malis, verum periſtare memento,
Namque per hos thalamos clarus tibi ſurgere partus
Incipiet, totum qui denique compleat orbem,
Vnde etiam proles claro fluet optima mundo,
Seruatura meos ritus, legesq. ſacrorum.
His ego cum patribus ſeruabo fœdera quondam
Iuncta tuis, pactumq. meum renouabitur iiſdem.
Felices anni, felicia tempora current,
Ac fortunati viuent per ſæcla nepotes,
Nullibi nequitiæ vigeant, fera bella ſilebunt,
Inq. coronatis equitet lex aurea habenis:
Tu caput huius eris, tu tantæ gentis origo,
Ac ſuperæ mentes famulantum more fauebunt,
Vt cernis, pacemq. ferent, ac munera terris.
Dixerat, in tenues prolapſa euanuit auras
Forma procul viſus, faciles q. retexuit vmbras.
Obſtupuit Iacob perculſus imagine rerum,
Lætitiamq. metumq. inter noua fata, nouumq.
Complectens animo decus, ac ſe protinus eſſe
De-

Decretum authorem, fundatoremq. bonorum
Agnoſcens, grates agit, atque altaria ponit,
Argumenta rei, Numenq in vota repoſcit.
Ergo ſe Laban profugus tandem exhibet oris:
Curare hic ouium pecudes, armentaq. cogit,
Conſtituit pacta ſibi pro mercede Rachelem
Natam in coniugium, facie, formaq. decoram.
Conditio placuit: multo poſt tempore Laban
Ingreſſum ad ſponſam per ludum fraude ſefellit,
Namq Liam vt lippam ſpretam deduxerat intrò
Natu maiorem: comperta fraude ſpopondit
Seruitium, in ſponſam quò deduxiſſe Rachelem
Poſſet, & optata poſthac vxore potiri.
Conueniunt præſtantq. fidem, ſed vota Rachelē
Fallebant nimium, Lia nam fœcunda reperta eſt,
Infœcunda Rachel. Ergo quater illa recluſa
Maſculeo partu, tùm bis, quos Dina ſequuta eſt,
Fœmina. Sed tandem Omnipotens in vota Rachelis
Venit, & à bino dicta eſt matercula partu.
Fortè Liæ genitor Zelpham, Balamq. Racheli
Mancipium dederat, natos quarum vtraq. binos
De Iacob genuit Dominabus, & vtraq fœtus
Edidit, in factum ſic impellentibus ipſis,
Humanasq. Deo ſuperis aptante figuras.
Biſſeni omninò geniti, quos inter Ioſeph,
Beniaminq. Rachel peperit, qui cauſſa doloris
Extremi, ac læthi fuit in natalibus olli,
Vt venere Bethel Chananæi ad limina Regni.
Aſt Lia produxit Ruben, Simeona, Leuique,
Iſſachar, & Iudam, Zabulon, ac nomine Dinam.
Zelpha Liæ Gad, Aſer; Dan, Nephtal Bala Racheli.
Pauerat ergo diu pecudes, neque reddita merces

Pro-

Propterea fuerat: tandem ſtatuére futuram,
Quam ſors adijceret, ſparſo ſeu vellere fœtus,
Mox immutata per Laban ſorte, quod vnos
Contigerit naſci varios; qui poſtea nati
Vnicoloris erant omnes. ſic diues Iacob
Factus poſſedit complura armenta, gregesque,
Seu ſibi ſorte datos, indefeſſòve labore:
Materiam inuidiæ ſocijs ſibi ſanguine iunctis.
Ergo tempus erat ſibi ſuccedentibus annis,
Quo Deus in patriam Iacob reuocabat auitam.
Vnde accerſitis in campum vxoribus aſtu
E Syria, Laban hoc ignorante, profugit.
Ille vbi cognouit, fugientum terga ſequutus
Aſſequitur facilè, furtumq. fugamq. querendo,
Exprobrat, iratusq. minas deſcendit in omnes
Ac, niſi me Deus, inquit, heri monuiſſet ab aſtris,
Hiſce ego te manibus lætho paulò ante dediſſé.
Quid fugeres? Vale ne ſupremũ dicere poſſem?
Proſequererve meas per ſedula gaudia natas?
Quod ſi quacũque ex cauſſa, aut ratione volũtas
Aufugiſſe fuit, mea cur furatus Idola es?
Sed contra Iacob, fuga quòd ſit cæpta, verebar,
Nè vi ſubriperes mihi per connubia iunctás;
Nec quicquam amoui, quod non ſpectare videre
Ad mea; ſi dubitas, hæc eſt, ſcrutare, ſupellex.
Interea quæri cùm præſenſiſſet vbique.
Stramentis, paleisq. Rachel contexit Idola,
Inde ſuperſedit, veluti ſibi partus adeſſet,
Sic patrem Laban felici fraude fefellit.
Iam perſcrutanti cùm nil occurreret vſquam,
Abſiſtit cœpto, generumq. aſciuit, & illic
Fœdus init ſecum, ac pacem per ſœdera firmat.
Mox abit, ac retro veſtigia flexit ad vrbem,
Et genero, ac natis felicia cuncta precatus.

At

At Iacob iam maior adhuc angorque, metuſq.
Sollicitat memorans vires, animoſq. feroces
Eſau, commota dubius ne receſſerit ira.
Ergo Deum iunctis palmis in vota precatur,
Tutetur famulos, nec fortunare recuſet
Quos prius immeritò ſibi delegiſſet alumnos,
Vt ſua ſic currant, veluti bene cœpta fuerunt,
Nec ſe deſtituat, multa quem prole bearit:
Mox fratri elegit donanda, ac nuncia mittit,
Diſpoſuitq. vices, animalia cuncta præire:
Tùm Zelphã, & Balã famulas, natoſq. ſequentes,
Præcepit quos ipſe Liæ præcedere partus,
Atque Liam, poſtrema Rachel, Ioſephq tenebãt.
Interea alituum multæ occurrére cohortes
Defenſaturæ, ſi quis læſiſſet Iacob.
Nox erat, ac ſecum cœpit luctarier Ales,
Hic valida ad lucem primam certamina traxit.
Vincebat neuter, dimitti poſtulat Ales,
Seiungi longam aurora accedente paleſtram;
At contra Iacob, ſtat non parere voluntas,
Felicis curſus mihi ni portenderis æui.
Ergo percuſſum tetigit ſub fœmore Iacob
Ales, & in cælum ſe ſuſtulit: ecce repente
Claudicat, in putrem conuerſo fœmore carnem.
Iamq. propinquabat iuncto ſecum agmine frater
Quadringentorum: quo viſo exterritus hæſit
Iacob, & in faciem pronus procumbere ſupplex.
Eſau, vbi percepit ſibi non obſtare, ſuiſq.
Quos contra videat comites, pecorumq. magiſtros,
Sed fore contentum Iacob ſudore parandis,
Nec patrijs litem moturum in rebus iniquam,
Excepit, fouitq. libens, pacemq. ſpopondit.
Heu hominum ignaræ mentes, ac vana ſequutæ

Pro-

Digitized by Google

Proprietas quantum vobis permittit habendi,
Tantùm fraterno ſolùm donatis amori.
Eſau ſeceſſit patrias rediturus in ædes,
Pone ſequens Iacob, ſed longè pone ſequutus
Cum gregibus, puerisque, ac fœmineo comitatu,
Ac tandem quandã Sichimorũ acceſſit ad vrbẽ.
Hic vbi prata ſibi, & campos pro ſede coemit,
Fortè Sichem Dinam princeps regionis amauit:
Ac nimio impulſus compreſſit amore puellam.
Dina domum repetit planctu teſtata dolorem,
Vimq. ſibi illatam: mox permouet ille parentẽ,
Coniugium vt Dinæ pro ſe depoſcat Iacob:
Anxius hic animis tandem conceſſit habendam,
Vt tamen in verpi iuuenis concurreret vſum.
Annuit ecce Sichem, ac Dinæ connubia firmat:
Infelix, celeres qui non pro crimine pœnas
Funere cum patrio modò cerneret eſſe luendas.
Interea fratres Dinæ Simeonque, Leuique
Audacem ſortiti animum, mentemq. ferocem,
Deuenere vrbem armati, genitumque, patremq.
Aggreſſi tota pariter cum gente necarunt,
Vaſtantes latè ſedes, Dinaq. recepta
Diſceſſere locis non obſiſtentibus vllis.
Inde Bethel ſuperat Iacob, penitusq. repelli
Pectore mundato voluit ſimulachra Deorum,
Suffoditq. ſolo, numenq. in vota vocauit,
Extruxitq. aras, vbi quondam fratris ob iram
In Syriam noctu Deus eſt ſolatus euntem:
Quem rurſum viſu alloquitur manifeſtus ibidẽ,
Promiſi, ac ſeruo, tu ne diffidito verbis,
Abijce Idola procul, præceptaq. ſancta teneto.
Forte aliquot Ioſeph turpi de crimine fratres
Arguerat, fratrum pariter venerata manipla
Eſſe ſuum in ſomnis, vndenaq. ſydera dixit,
Cum

Cum Sole, ac Luna cultum ſibi viſa dediſſe.
Ergo cor fratrum cœcas exarſit in iras,
Concepitq. odium longè implacabile contra:
Cùmq. patris monitu quondam ceſſiſſet ab vrbe
Inuiſurus eos, & conueniſſet in agris,
Seſe exhortati fratres miſere ſub imam
Ciſternam arreptum, ne poſthac amplius auſit
Inuiſos mores, inuiſaq. crimina patri
Deferre, aut fratres poſthac per ſomnia turbet.
Mox ita diuinis certantibus ordine fatis
Extraxere locis, precioq. ſubinde recepto
Mercanti ceſſere viro: non ille moratus
Moribus ingenuum iuuenem, formaq. decorum
Aſportat celeri regna in Mareotica greſſu:
Tùm Pharaonæus mercatur Putiphar auro
Eunuchus puerum, quem poſtquā nouit abundè
Prudentem, domui, ac rebus præponit agendis,
Ioſeph vt è cunctis non nulla negocia ferret,
Ac nullam è cunctis curam non ille ſubiret,
Vnde & diuitijs idem eſt feliciter auctus.
Interea fratres mendaci fraude parentem
Decepere ſuum: pueri modò namque reperti
Reſciſſam hœdino fœdarunt ſanguine veſtem;
Tum miſere ſeni, quo ſigna per iſta notaret
Forte eſcas Ioſeph, paſtusq. fuiſſe ferarum.
Suſcepit Iacob non conſolabile fatum,
Ac lætho iungi longè propenſius optat.
Putipharis coniux terreno concita ſenſu
Deiecta in ſordes animum, ratione ſubacta,
Sollicitat iuuenem thalamos maculare iugales.
Reſpuit oblatam conſtanti pectore ſortem,
Tentatumq. nefas, aliòq. recederet inde,
Si non ſeruitio Domini premeretur iniquo,
Quin etiam indignos auertere quærit amores
Tam

Digitized by Google

Tàm recti, iuſtiq. tenax, quàm conſcius æqui.
Illa furit, mediosq. inter pallere timores,
Atque moleſta diu, quaſi debita poſcat Ioſeph,
Conceſſosq. ignes vrgere frequentius inſtat:
Nec tamen in vetitos iuuenis deſcendit amores,
Ac veluti rapidis iactata minacius Euris,
Aut Borea turris, quæ latè immota reſiſtit:
Sic iuuenis ſupero perfuſus numine perſtat.
Aſt ea corrupta penitus iam mente reuoluens,
Et decus ore ſedens, illibatumq. pudorem,
Ingenuos mores iuuenis, formamq. decoram,
Vnum animo Ioſeph petit, ac remoratur in vno,
Et quaſi ſuccenſo deflagrat in igne fauilla.
Ergo ſemotis ageret cùm ſolus in æde
Conſocijs quiddam, non ipſa morata prophanis
Arripuit manibus veſtes, ac prouocat aſtu
In ſcelus infandum verbis: fugit impiger idem
Proripiens ſeſe, ſceleratæ veſte relicta,
Non ſecus, ac ſi quis tacitum calcauerit anguem,
Aut videat rabidum contra ſe currere taurum.
Dedecus ergo bibens, ac probra inſana, ſuperq.
Inuerſis animis, quòd ſic contempta fuiſſet,
Inſtigare virum, ſibi quò mulctaret Ioſeph,
Turpiter accuſans iuuenem, ac monſtrare retentã
Veſtem, ne poſthac ſeſe aſpernarier auſit.
O vanas hominum mentes, ac pectora nequam,
Quàm malè mortali nobis ſtat fidere ſenſu,
Et fugit, ac reuocat, ſicut fert cœca voluptas.
Credulus Eunuchus nimium vir Putiphar olli
Sæuit in innocuum, indefenſatumq. coercet
Compedibus duris iuuenem, validisq. cathenis,
At Deus in foueam facilis comitatus euntẽ eſt:
Ergò virtutem cuſtos miratus, & actus,
Expedit à vinclis, ſociumq. aſſumit habendum.

Digitized by Google

Fortè per exceſſum Eunuchis peccare duobus
Contigit: alter erat Regis pincerna, ſed alter
Piſtor, quos Pharao tetro ſub carcere damnat.
Poſt aliquod tempus viſus ſibi cernere ternas
Pincerna in ſomnis vites, vuasq. ferentes,
Quas largè exprimeret prædicti in pocula Regis.
Nocte ſed in ſomnis piſtor ſibi viſus eadem
Plena cibis totidem ſeſe deferre caniſtra,
Quos obfirmatis animis rapuere volucres.
Dum ſua commemorat piſtor, pincernaq. ſortes
Audit quiſque ſuas, ac verba notantia verum.
Namque, vt prædixit, terna vix luce peracta
Ipſe, ſuum gaudens munus, pincerna recepit;
Inq. crucem piſtor miſerè ſublatus obiuit.
Nec tamen, vt decuit, memor eſt pincerna repertus,
Vt grates Ioſeph dicenti vera referret.
At non paſſa oculis diuina diutius æquis
Vexari pietas: felix, cui recta placerent,
Et quiuis talem ſortitus pectore ſenſum.
In ſomnis ergò Pharaoni aſcendere viſæ
Septenæ primo pingues de fiumine vaccæ,
Tùm macie totidem confectæ, ac corpora fœdæ,
Quæ primas habitu lætas, pinguesq. vorarent.
Septenas pariter benè plenas vidit ariſtas,
Ac totidem tenues, quæ conſumpſere priores.
Cùmq. accerſitis expoſceret ille figuram,
Inuenit nullum, qui ſenſum edicere poſſet.
Tunc Ioſeph tandem pincerna enunciat artem,
Piſtori expertam, atque ſibi, ſed diſpare caſu.
Regis ad imperium de carcere ductus Ioſeph,
Protinus obſcuram veſtem mutauit, & olli
Siſtitur: at Pharao repetitas dicere formas

Occœ-

Digitized by Google

Occœpit viſus, iuuenis mox talia contrà:
Septem anni plena ſunt vbertate futuri,
Quos totidem percuſſi vredine ponè ſequentur:
Duplicitas formæ tibi rem deſignat eandem.
Conſtituas ergò, qui largæ tempore meſſis
Spretas preſſuræ ſegetes pro tempore ſeruet.
Audiuit Pharao, remq. admiratus, & omnem
Sermonem Ioſeph, Regi tu proximus olim
Inquit, eris, nutumq. tuum mea regna timebunt:
Interea texta byſſo donatus abibis,
Atque manus ſigno, & collum circūdatus auro,
Iuſſit, & obtinuit, Saluatoremq. vocauit.
Quin Aſeneth voluit ſibi per connubia iungi
Putipharis magni natam, quæ prole parentem
Effecit mare bina. Iam ſucceſſerat orbi
Annona: is fruges extructa per horrea condit
Seruatura omnes preſſuræ tempore gentes.
Subſequitur preſſura famis, lateq. vagatur
Regna per, & vaſtas vrbes anguſtia victus,
Occupat & Chanaam, longos vbi ſiſtere fletus
Non poterat Iacob, quia nam ſe credit Ioſeph
Amiſiſſe ſuum penitus, nec poſſe dolorem
Leniri, donec ſub ſquallida tartara migret.
Ergo accerſitis natu maioribus omni
Natorum ex numero denis, ſic vocibus infit,
Audiſtis fortaſſe cibos, alimentaq. vendi
Ægypti in Regno, totoq ex orbe fluentes
Conſuluiſſe ſibi populos; ac noſtra teneri
Regna fame indignè noſtis, nec poſſe leuari
Interea, & magnum diſcrimen mortis adiri,
Niliacis nobis niſi ſubueniatur ab aruis.
Acceptis ergò precijs, iunctisq. camelis
Inde ſuos ſibi quiſque cibos, alimentaq. poſcat.
Abſcedunt celeres, ſeſeq. ad limina Ioſeph
Ignari

Digitized by Google

Ignari tandem ſiſtunt,eſcasq. precantur.
Agnouit Ioſeph fratres, nec plura moratus,
Tentaturus ait, Qui vos? aut vnde? Venitis
Exploraturi forſan iuncto agmine muros?
Aut ſtruitis fraudes fallaci pectore terris?
Contrà illi, nobis tantùm eſt alimenta voluntas
Quærere: parta prius quia nam defecerit eſca,
Venimus è Chanaã, nobis pater omnibus vnus,
Eſt alius noſtro minimus cum patre ſuperſtes:
Nec fraudes quicquam veſtra molimur in vrbe,
Aut terris,frugum tantummodò copia adegit
In veſtras ceſſiſſe domos, & cognita fama
Gloria frumenti, veſterq. feracior vſus,
Vt plures hominum, patriaq. excedere ſuaſit.
Accepto hoc Ioſeph deduci in vincula iuſſit,
Mox reuocat, dictisq; homines affatur amicis,
Non premere iniuſtè eſt animus: ſi veſtra putatis
Verba carere dolis, nève eſſe obnoxia fraudi,
Cæteri abite domum, minimumq. adducite fratrem:
Interea tu noſter eris pro fratribus obſes.
Dixit, & è cunctis Simeonem in vincula poſcit.
Illi inter ſeſe, meritas modò pendere pœnas
Cogimur, in Ioſeph quia nam peccauimus antè.
Audiuit Ioſeph, lachrymasq. coercuit à ſe,
Ac prorumpentes commotus viſcera fletus.
Ergo abeunt Chanaam, frugesque, ac plurima ſecum
Aſportant frumenta domum,preciumq. ciborum
Immixtum ſaccis aurum,argentumq. repertum.
Obſtupuere omnes perculſi mente, patremq.
Geſta docent,memorantq. ſimul per ſingula rerũ
Succeſſus, fratremq. aliena in ſede moratum,
Iuſſa ſuper minimo Marcotica ſcepta tenentis.

At

Digitized by Google

At Iacob queſtus ſortem, atque indebita fratrum
Pacta ſuper puero, ſeſeq. aut vltima victu
Paſſurum in tenui, ſiue in diſcrimina rerum
Beniamin mittendum, alijs ſpondentibus vltrò
Pro ſe, proq. ſuo reditu, impellente ciborum
Iam rurſus cura, tandem concedit alumnum
Aſportandum aliò, natosq. adiurat, eundem
Ad reditum curare velint pro viribus omnes.
Iamq. iter aggreſſi Mareotica Regna ſubibant,
Emenſi terras, necnon incommoda paſſi:
Cùm rurſus Ioſeph ſiſtunt ad limina curſus,
Secum Beniamin, ac plurima dona ferentes.
Ergò vbi cognouit reditus poſt tempora fratrũ,
Cætera diſſimulans, conuiuia ſplendida ſtruxit,
Induxitq. domum vincto cum ſoſpite vinclis
Exuto Simeone, oblataq. dona recepit,
Plurima patre ſuper rogitans, minimoq. parẽtis
Aduecto ſecum genito: tandemq. ciborum
Splendidiore vſu dimittit ab vrbe refectos.
Impoſuit fruges quæſita alimenta camelis,
Ac precium frugum in ſaccis, iuſſitq. recondi
Beniaminæis argentea pocula ſaccis.
Vix vrbe egreſſi patrias iucundius oras
Securi rerum repetebant. Ecce ſequutus
Aſſequitur primus, reuocat, dein talia fatur:
Quis modò furatus defert mea pocula ſecum?
Quidve meum Dominũ ſic perturbaſtis iniqui?
Sic hebetes animo? ſcyphus iſte argenteus ille eſt
Quo ſæpè augurijs ſolet in cæleſtibus vti.
Erratis nimium falli potuiſſe putantes
Me, Dominumq. meũ, quo non præſtantior alter
In terris, nemo magè nauus in arte Deorum.
Seruiet is veſtrum, ſua qui furatus ab ipſo eſt.
Scrutatis ſaccis iuniori imponitur aſtus.

Re-

Retrotulere gradū,Ioſephq. ad limina pergunt:
Conueniunt: inter quos confidenter Iuda
Cœpit: Salue hominū paſtor,Dux inclyte ſalue:
Diximus hunc puerum te depoſcente viciſſim
Seiungi non poſſe domo, quia patris in vno
Soſpite vita foret: vix exorantibus idem
Conceſſit nobis, tibi quò tàm ſæpè petenti
Pareret: iam ſi ſoli remeamus in ædes,
Illicò deficiet vita fungendus Iacob.
Pocula mota loco non ſunt noſtra arte,vel aſtu.
Vix ea, cùm Ioſeph perculſus pectore ſemet
His agnoſcendum dedit: Obmuteſcere fratres.
Ioſeph donatos lautè dimittit, & vrget
Aduehere hùc patrem. redeunt poſt tempora ſecum,
Omnia,quæ vellent,aſportauere ſuorum.
Terra data eſt Geſſen adeuntibus. vnus Iacob,
Vt vidit Ioſeph, te nato ſoſpite, dixit,
Contigerit placidè fatis ceſſiſſe ſupremis.
Iob fuit Huſides, quo non præſtantior alter,
Vir ſimplex,metuensq. Deum,prauoq. recedens.
Concilium cogente Deo Styx aſtitit audax.
Is percontatus ſe terram obijſſe recenſet,
Conſpexiſſe hominem:ſed non mirabilis,inquit,
Eiuſdem eſt virtus, quia nam vallatus aceruo
Vndique opum, nullius egens,ob cōmoda felix.
Dura ferat, dediſcet enim benedicere paſſus.
Ergo permiſit varijs cruciatibus angi
Iob Deus: aſt animis incōmoda ſuſtinet æquis,
Commendatq. Deum. ſic dæmona vicit acerbū,
Atque iterum eſt meritus rebus felicibus vti.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER QVARTVS.

IAm vita ij functi fuerant, alijq. viciſſim
Pro patribus creuere ſuis, ac plurima Geſſen
Copia natorum, ſic diſponente ſupremo
Principe, mobilibus ſibi ſuccedentibus annis,
Longa ſuboſcuri curſus ſucceſſerat ætas,
Poſtquam Ægyptiacas Ioſeph penetrauerat vrbes.
Excitus eſt ergo orbe in deteriora relapſo
Rex alius terris, cui pænè incognitus eſſet
Et Deus, ac Ioſeph. Pueros hic iuſſit in vndas
Deijci, vt æternùm præterlabentibus annis
Non foret inter eos noua qui molirier auſit
Sedibus in patrijs, ſua nec turbare ſequendo,
Aduerſos fortaſſe ſibi periurus ob hoſtes,
Mendaces ſceleri nectens, cauſſasq. dolosque.
Infantes pueri quid peccauere malorum,
O Pharao? quid bella Deo tàm dira mouetis?
Læditur ipſe Deus, crudelior ira paratur.

Ergo

Digitized by Google

Ergo Deus tandem ſumma miſeratus ab arce,
Cùm premeret Pharao famulos pluresq. periret
Iniuſtè infantes, ac Regia iuſſa vigerent,
Vrgerentq. ſuos in funera ſæua parentes,
Ac ſcelus indignum; nec iam ſpes vlla ſalutis
Afforet humanæ: ſic conſuluiſſe refertur.
Expoſitus quondam fuerat puer vnus ad vndas,
Ac ſoror attulerat, quò deferretur in altum:
Mater erat pueri Iochabed, pater illius Amram.
Fortè in Niliacæ Pharaonis filia lymphæ,
Ablueret quò ſe multis comitata puellis,
Seu fatis, ſeu more ſuo, deſcenderat alueum:
Vt vidit puerum contenti in vimine iunci
Concluſum, ac notæ radentem flumina ripæ,
Sublatum extemplo iubet aſportarier inde,
Nutririq. ſibi nulla iam prole parenti.
Ecce ſoror pueri, quæ nulla territa ſorte,
Non longè ſteterat contemplatura futuros
Euentus, excita locis his vocibus infit,
Si placet, O Regina tibi lactabitur infans,
Ipſa ego nutricem inueniam, & curabo referri:
Annuit ergo ſibi pacta mercede petenti.
Illa refert matri: quem, poſtquam creuerat annis,
In Pharaoniadis plantabile germen adoptat,
Ac Moyſem appellat, quia ſit ſublatus ab vndis.
Forte virum gentis turbare Ægyptius auſus:
Inuadit Moyſes, cæſumq. recondit arena.
Luce noua inter ſe bini contendere gentis
Inuenti: damnat, ſed blaſphematur ab illo,
Qui læſurus erat ſociū, atque homicida vocatur.
Nouit vbi Moyſes patefacta occulta ſuorum,
Imperium veritus Pharaonis ad extera fugit:
Vix tenuit Madian, noua ſeſe occaſio rerum
Obtulerat Moyſi: reperit nam veſpere ſeptem,

Quæ cuperent potu recreare armenta puellas,
Quas tamen impediat paſtorum turba: repellit
Hos per vim Moyſes, defenſatiſq. puellis
Accipit vxorem Sephoram reuocatus in ædes.
Ergo ſocer Moyſem pecudes depaſcere mandat:
Hic deſerta ouibus petijt loca, & intima greſsu.
Ecce ſibi (mirum) ſuccenſa rubeta locorum
Viſa procul, flãmæ crepitant vehementius orſæ,
Inconſumpta tamen cernit perſtare rubeta.
Ergo adit, inde ſibi vox eſt delata per auras,
Siſte gradus, aperito pedes: reuerentius iſthæc
In loca ſuccedas, non ſunt, vt cætera terris.
Ipſe ego nũc Rector, quondã fabricator Olympi,
Qui patribus veſtris ſæpiſſimè fauſta loquutus,
Et ſemel, atque iterum iunxi mea fœdera ſecum,
Te remeare velim in patriam, Regemq. monere,
Vt quem ſeruitio populum oppreſſiſſe laborat,
Sponte ſua in terras aliò demittat habendas.
Quòd ſi propoſitis durè parere recuſet,
Tu meus vltor eris, vires tibi fortius addam,
Vt debellatis feliciter hoſtibus, inde
Educas populum, quò ſit mihi certa voluntas.
Intereà populi ſenioribus iſta recenſe:
Quos, niſi crediderint, ſignis firmare memento:
Proijce de manibus baculum, vertetur in anguẽ;
Rurſus erit baculus, ſi dextra ceperis, anguis:
Inſere pectoribus dextram, vitiabere lepra;
Ac rurſus dextra extracta, tua lepra recedet.
Credidit expertus Moyſes: Comitabere ſignis,
Numen ait noſtris, & quicquid flumine carpes;
Sanguis erit; baculus tuus iſte inglorius olim
Eximiæ laudis ſunt inſtrumenta futura.
Occurrens Aaron veniet tibi frater, & vnà
Si ſolus metuas, Regem edocuiſſe poteſtis.
Mi-

Miratur Moyſes, pecudes ad ouilia ducit,
Ac ſocero tradit, Sephoramq. imponit aſello,
Cum partu gemino, quem circumcidere cogit,
Dum petit Ægyptum remeans: Aaronq. vocatus
Vadit in occurſum Moyſis. iam ſigna nouantur,
Atque habuiſſe fidem frater, populusq. videtur.
Ergo adeunt Regem Domini præcepta ſequuti:
Tunc Aaron lingua, verbisq. ſolutior infit,
Nuncia deferimus, tibi quæ felicia ſunto
Rex hominum, vtq. tibi ſint talia, ritè precamur.
Nos Deus, ac populum, qui plurimus oppida Geſſen
Incolit, ignotas iuſſit ſecedere in oras,
Plurima quò noſtra ſibi decidat hoſtia dextra:
Aſſumenda etiam nobis armenta videntur,
Quæ feriat populus. neque, ſi parere recuſes,
Tutus eris, quia ſtat ſupero voluiſſe Tonanti,
Quæ dixi, magnoq. tibi contemptus emetur.
Rex contrà, Video tua quò ſpectare voluntas
Poſſit: magna mihi, neque, ſi non talia poſcas,
Concedam: famulis ad iuſſa aſtare paratos,
Non autem Dominis par eſt imponere leges.
Vos benè, nõ Diuûm, quæ iactas Numina, noui:
At reor, his vti nouitatibus ocia cogunt.
Solliciti remouete gradus, laterumq. priorum
Menſuræ fiant; at combuſtibile lignum
Deſit, vt id veſtro ſolum ſudore paretur.
Non ſecus ac dixit, factum: certam impius inſtat
Menſuram laterũ exigere, ac ſarmenta negantur,
Nec, ſi quis ſpernat, duro non vapulat ictu.
Ergo omnis populus ſub pondere preſſus iniquo
Ingemit, ac Moyſem, fratremq. incuſat abundè.
Conueniunt iterum Regem par nobile fratrum,
Inuaduntq. minis: durata mente reſiſtit

Et ſemel, atque iterũ Pharao, quaſi fluctibus ictus
In medijs extans ſcopulus: mox increpat vltrò,
Inde repercuſſus noua per diſcrimina rerum,
Perq. vices varias, reuocatq., domoq. repellit,
Anxius ecce animis, ac pectore feruidus imo.
Nam poſtquã vidit Moyſes ſimulachra colubri
Non prodeſſe ſibi, conuerſaq. flumina in atrum
Sanguinem, & immiſſas Mareotica in oppida ranas,
Nec cyniphes, muſcasq., aut morbida corpora peſte,
Vlceraq., & mixtos quàm multa grandine nymbos,
Locuſtas, tenebrasq. atra ferrugine cœcas,
Nec baculum, per quem fierent ea ſigna, timeris
At nouit perſtare ſuis in ſenſibus hoſtem,
Ac duros non poſſe animos ſtatione moueri,
Et ſuper hæc ledi contempto Numine cœlum:
Iratus nimiùm poſtremò abſcedere verſat:
Imperat, (vt fierent preſſuræ præmia iniquæ)
Vnumquemque ſuos vaſa aurea poſcere in vſus
Mutua vicinos: ſic expoliaſſe feruntur
Aegyptum tandem ſeu vir, ſeu fœmina dirum.
Menſe igitur primo, coeunt dum cornua Phœbe,
Concelebrant iuſſi phaſe, & pura azima noctu,
Azima ſeptenis quondam ſeruanda diebus,
Mactatis Agnis, primoſq. ſacrare parenti
Aethereo natos, quia namque Aegyptus eadem
Nocte ſuis pariter propter ſe nouerat orbum.
Dumq. obdurato Pharao Rex pectore perſtat,
Nocte ſuper media demiſſus ab æthere fluxit
Niliacas vltor pro iuſto ſemine in vrbes:
Ac primo genitos ſtricto mucrone peremit,
Intactæ verò ſedes manſere piorum,

Agni

Agni quòd fuerint perfuſi ſanguine poſtes,
Vt iuſſum. Ergo vrgent terris abijſſe frequentes,
Quos prius iniectis vellent tenuiſſe cathenis.
Abſcedunt celeres, auro prædiuite onuſti,
Gemmiſq., argentoq., ac veſtibus intertextis,
Milleni decies centum, ſupraq. per vrbes.
Iamq. ſub extremis properabant finibus Ethæ,
Hic vbi vaſta patent latè deſerta locorum,
Et latè curſus rubri maris occupat agros:
Cùm Pharao accepto populũ fugiſſe, nec vnquã
De reditu acturum, curruſq., equiteſq. coegit
Protinus in profugos veſtigia vertere ſecum.
Vim populus metuit, nondum confidere doctus;
Et dubitantis adhùc poſt tot diſcrimina rerum
Corda gerit, pariterq. gemit, nec flere recuſat,
Arctatus pariterq. mari, ſyluaq. frequenti.
Hortatur Moyſes non deſperare futuris
De rebus, quoniam præſentis Numinis eſſent
Præſidium experti felix: Ille, inquit, in iſtis
Caſibus obtineat, quem nuper vidimus eſſe
Longè victorem, ſemperq. fauere paratum:
Non opibus noſtris, nec noſtris fidimus armis,
Dedecet in tali pectus demittere cauſſa.
Scilicet hoſtis erit, quàm fortior ante fuiſſet,
Quem baculo bini fratres proſtrauimus vno.
Sic ergo immemores nocturna cæde recenti?
Hac victus tandem modò debellabitur hoſtis.
Cernitis obſcuras in noſtra leuamina nubes,
Cernitis ignitos in commoda noſtra vapores.
Quos fugitis pauidi, modò corpus inerme fugabit,
Vt pereant omnes nullo certamine victi.
Dixit, & æquoreas baculo diuiſerat vndas:
Ipſe retroceſſit, modò qui præceſſerat Ales

Nubifer, ac populum media inter vtrumque recepit.
Iā mare præbet iter medijs patefactus in vndis,
Ac dextra, læuaq. vt murus ahæneus extat:
Iam perflat Boreas, atque arida redditur alueus,
Et facilis lato reſeratur in æquore trames.
Obſtupuere omnes perculſi mente, metumq.,
Spemq. inter properant curſu tranare profundū.
Vix mare tranſgreſſos aurora inſtante ſequuti
Niliaci profugos, & ſucceſſere ſub alueum,
Ignari rerum Domini, ſortisq. futuræ.
Ergo ne fugiant, ac ne pars vlla ſuperſit,
Vt curari homines per numen denique credant,
Denuò percuſſit mira lata æquora virga.
Vndique concurrunt ſibi ſuccedentibus vndis
Aequora, & antiquas repetunt refluentia ſedes.
Conuertére animos concuſſi pectora motu,
Ac trepidi reuocare gradus, ac tendere contrà:
Aequoreos ergo tentat perrumpere fluctus
Niliacus miles, nec iam bella horrida tentat,
Spemq. fuga reparat ſolùm, non enſe, vel armis:
At verò incaſſum Diuino obſtare furori
Nititur, ac iuſtas nequicquam auertere pœnas.
Incola corripitur patrijs Mareoticus vndis,
Ac defertur aquis, nec iam vis vlla reſiſtit,
Vincitur Oceano, nec ſpes eſt vlla ſalutis.
Iam galeæq. leues, & ſcuta micantia, & arma
Exuperant fluctu, ſeu vortice preſſa reſidunt.
Littoribus videas reſupina iacere virorum
Corpora, & in miſeros conuerſa piacula ſontes.
Euaſit nullus de tot modo millibus hoſtis,
Omnes prolapſi pariter cecidere ſub vndis.
Exultant animis profugi, pulſoq. timore
Fauſta canunt, cytharisq. ſonāt, & gaudia miſcēt,
Gau-

Digitized by Google

Gaudia ſydereo grates referentia Regi.
Tertia lux aderat, Maran tenuere propinquam:
Hăc ligno egregius monſtranti Numine ductor
In dulces conuertit aquas, ac murmura preſſit
Commotæ gentis, quia non potabilis eſſet.
Digreſſi venere Elim nemoroſa locorum:
Hic decies ſeptem proceræ vertice palmæ
Inuentæ totas vmbrantes tegmine terras:
Hic pariter dulces biſſeni exurgere fontes
Viſi, atque humorem latè diffundere in oras.
Inde peragratis ſyluis Sin cœpta teneri,
Vis vbi defecit partorum tota ciborum.
Impatiens populus famis obturbare tumultu
Occepit terras, ac cælum implere querelis,
Eſcarum Aegypti non immemor. Illicò Ductor
Occurrit Moyſes, quos non diffidere rebus,
Poſcere at à Superis dona auxiliaria iuſſit,
Eſſe ſui memores, comites ſemperq. futuros.
Ergo ſoporiferum quaſi mella, vt grando ro-
túndum,
Et coriandriacæ canum quaſi ſemina plantæ
Obducens terras defluxit ab æthere manhu.
Hic fuit ille cibus, quo denis at quater annis,
Deficiente alio, gens hæc feliciter vſa eſt.
Præcipit inde Deus ſimplam ſibi quinque fu-
turum
Menſuram, in tempus cunctis ſumpſiſſe diebus,
Septenis nullam, at ſextis componere duplam,
Vt maneant terris primæ monumenta quietis.
Quod ſupereſt, liquidas aut euaneſcere in vndas,
Aut ſolet in fœdos ſeſe computreſcere vermes.
Sed tandem hoc etiam faſtidiuere frequentes.
Ecce igitur cælo ſub veſpere miſſa volatu,
Quam paſſim legerent circum, ſupraq. coturnix

Digitized by Google

Caſtra tenet. toto Lunæ ſatis omnibus orbe.
At verò nondum defecerat eſca volucrum,
Ac nondum penitus fuerat conſumpta coturnix,
Cùm Deus è cælo mentem indignatus iniquam,
Et rabiem immodicam curandi corporis eſca,
Irruit in populum, flammiſq. voracibus hauſit,
Quos reperit nimia peccaſſe cupidine captos.
Diſcite mortales contenti viuere paruo:
Sollicitè vobis non eſt quærenda bonorum
Copia, ſi deſit, Deus eſt potiora daturus.
Iam populus fuerat metatus caſtra Raphidim
De Sin abſcedens, nullamq. inuenerat illic
Qua ſitis ardorem interea reſtingueret vndam:
Arguitur ductor Moyſes, iactantur abundè
Iurgia in innocuum, cui numen ab æthere fatur:
Sume, inquit, baculum clara virtute decorum,
Hanc baculo rupem, atque ingens hoc percute ſaxum,
Hæc petra diffundet latè ſitientibus vndas.
Iuſſa facit Moyſes, erumpunt grandia ſaxo
Flumina colliſo, ſitientia membra leuantur,
Aridaq. epoto recreantur corpora fluctu.
Fortè Amalech sũptis proceſſerat obuius armis
Caſtra moraturus, Ieſus Nun filius vrget
Agmine diſpoſito infeſtum perrumpere in hoſtẽ.
Interea Moyſes montem conſcendit Horebbum,
Exoraturus pro belli munere Numen:
Vincitur, ac vincit miles, ſeu forte remittat
Ille manus, iunctas ſeu tollat ad æthera palmas.
Ergo Aaron, atque Hur ſuſtentant brachia ſecũ
Aſſumpti comites, ne pondere preſſa reſidant.
Sic debellato dux victor ab hoſte recedit.
Audierat Moyſis celebrabile nomen Iethro,
Qui Sephorã, ac pueros, quos ille remiſerat ad ſe
Co-

Cognatus retuliſſe parat, deſertaq. poſcit.
Excipit hos Moyſes gaudens, vaſtosq. labores,
Queis defunctus erat, rerumq. opus omne recenſet,
Alternantq. vices, diuinum ac Numen honorãt.
Iudicium Moyſem quodam exercere dierum,
Ac ſolum reſponſa dare, immenſumq. ſubire
Cernit onus Iethro: monuit deſiſtere cœptis,
Partiri lites, decernere maxima rerum
Se tantùm in populo. placuit: nec plura moratus
Imperat eximios decies ſeptem eſſe virorum,
Qui res cognoſcant, docti componere cauſſas.
Iethro domũ remeat, pacemq., ac fauſta precatus.
Tertia digreſſu primo iam luna coibat,
Proxima cùm Sinai videre cacumina gentes
Ægypto profugæ, quæ tandem caſtra ſub imò
Monte locant, Moyſemq. expectant ſumma ſequutum,
Qui tamen ad fines accedere nolit eaſdem.
Interea ſacra pro Relligione ferenda
Opportuna ratus, ſeu non incommoda numen
Tempora terrifico tonitru cælum omne ciere,
Ac fremitu turbare ſolum, denſaq. tenere
Nube diem, atque operire atra ferrugine montẽ,
Vt metuat populus, nec iuſſa fouere recuſet.
Ergo illic primò bis vna volumina legis,
Seu præcepta decẽ ſubiecto in marmore ſcripſit:
Illic iudicia edocuit ſeruanda per æuum,
Sydereis idem donec Deus adſit ab oris,
Ac noſtros iubeat caſus, & myſtica tollat:
Illic præterea decerni templa Tonanti,
Compactasq. domos, ac plurima ſacra videres,
Atque vtenſilium formas, mactandaq. rerum
Inſtitui, ac dignos diuini thuris honores,

Cum deſignatis in munera quæq. Leuitis,
Quæ certo ritu fugienda, ſequendave ferret
In populo, vt nulla mutari ſorte liceret.
Iamq. quaterdenis in dicto monte diebus,
Abſuerat Moyſes ſuperis intentus agendis,
Cùm longas pertæſa moras Hebræa propago,
In mala procliuis, necnon malè fida parenti,
Æthereo vitulos Aaron conflare coegit
Ex auro fratrem; nec dedignatur honorem
Diuinum deferre rei vel ſenſibus orbæ.
Ergo Deus Moyſem compellat vocibus vltrò:
Quid fruſtrà ſtirpem duræ ceruicis alumnam
Prouehimus cultu, curaq. fouemus inani?
In præceps ruit illa magis, retroq. fugaces
Fert animos, iā terga dedit, iam perfida facta eſt,
Impiaq. in vitulo ſceleris contagia traxit.
Deſine, vt iratus perdam ſcelerata virorum
Corpora, ne cauſſæ deſit ſua pœna nefandæ.
At contra Moyſes, ſi nos peccamus iniquè,
Dummodò pœniteat facti, tua parcere nobis
Cura ſit: authores noxæ, ne ſerpat abundè
In reliquos vitium, quò ſaltem pœna retardet,
Quos virtutis amor non ad meliora perurget,
Ipſe ego conficiam, ferro certare paratus.
Dixit, & ima loci deſerto monte petiuit,
Agmineq. adiuncto, zeloq. accenſus, & ira
Quæritat authores, validèq. obtruncat iniquos.
Iam fieri iuſſit ſacri penetrale receſſus,
Ac reparat, zelo quas fregerat ante tabellas,
Includitq. arcæ: ritus docet inde ſacrorum,
Atque Sacerdotes Domini iubet eſſe Leuitas:
Diſponit mores varios, legeſq. tuendas,
Iuxta præſcriptam Diuino numine formam.
Sacra domus ſteterat, nubes denſiſſima ſuprà
Aſti-

Aſtitit, hanc ipſam præeuntem caſtra ſequuntur.
His bene compoſitis, ac ſacris ritè peractis
Bini de natis Aaron ſumpſere prophanos
Ignes, quós ferrent ſacratæ ſedis in vſum.
Ecce indignatus temeraria geſta repreſſit,
Corripiens iuuenes miſſis Deus æthere flãmis.
Ipſa ſoror quoniam verbis inuecta ſuperbis
Contempſit Moyſem, lepra perfunditur atra,
Exorat donec mitiſſimus ille ſalutem.
Biſſenos Moyſes exploraturus in vrbes
Miſerat Iſacidas: progreſſi obiere diebus
Cuncta quaterdenis mirati ſingula rerum:
Ac tandem referunt diſcrimine plena videri;
Terrentes populi reliquos: duo fidere contrà
Hortati, ac verbis enixi auertere murmur
Commotum, iuſti qui ſunt ſperare regreſſus;
Atque etiam tandem reſpondet gratia dictis.
Interea populi quidam è primoribus acti
Inuidia Moyſem perturbauere ſuperbè,
Solliciti firmaſſe animos in praua ruentes.
Ergo laceſſitum verbis iactare frequenter
Occœpere virum, ſtimulosq. adiungere verbis,
Ac ſibi, nō Domino quæri conſtanter honores.
Nec ſeſe fratri iuſta ratione ſubactos,
Ac ſenſim induci Regni diadema decorum.
Audierat Moyſes animoſos pectoris auſus,
Contemniq. Deum ritus, legesq. docentem,
Nec ſua, ſed Domini ſaniſſima iuſſa repelli.
Ergo accerſitos æqua ſub ſorte rebelles,
Atque Aaron fratrem iuſſit dare thura Tonãti,
Vt ſecum optatos cuncti experiantur honores.
Ecce per aereos tractus demiſſa repente
Flamma vorax in thuriferos inuecta ſuperbos
Corripit, vt rapidum temeraria fulgur agentes.

At

At ſi qui iuſſi dedignarentur adire,
Hos intèr latè tellus abſorbet hiatu.
Interea populum cœpit tædere laboris,
Emenſæq. viæ: Deus ergo immittere ſæuos
Angues mortiferum fundentes ore venenum:
Nec prius abſiſtit, quàm ſerpens æneus alto
Suſpenſus trunco medicina furentibus eſſet:
Symbola Chriſte tui, qui ſis medicamina noxæ.
Venerat ad fluuiũ Iordanem Hebræa propago,
Quà Moab aſpicitur: Balac Rex territus armis
Queis alij victi, mittit Beoridis ad ædes
Præſagi, inſidijs, non vi certare paratus.
Reſpuit is primò, tandem reuocatus adiuit:
In media ſtetit ecce via, ſed nuncius Ales,
Qui Iacob non dira monet, ſed fauſta precari.
Obſequitur, ſtructis felicia prædicat aris:
Attamen obiecta docuit corrumpere mores
Muliere: Sic, inquit, facilè vincetis iniquos.
Conſilium experti, ſequitur ſcelus omne, viroſq.
Fœmina decepit ſtudioſè emiſſa per agros.
Ergo Deus ſtatuit perferre piacula ſontes:
Transfodit Phinees Zambri, Cozbiq. ſceleſtos.
Sic ardens penitus Diuina referbuit ira.

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER QVINTVS.

CEſſerat in montis iam frater
vterque cacumen,
Hor Aaron, Nebo Moyſes, vbi vterque vocatus
Ad patres abijt, non ignorante ſepulchrum
Nemine, Nunides cùm ſuſcepiſſet Ieſus
Imperij inſtinctu ſupremi Regis habenas.
Ieſum ergò haud timidè procedere Numen in hoſtes,
Tranſmiſſo Iordane iubet, repetita tueri
Iura, nec armatas animis horreſcere pugnas;
Se fore caſtrorum tutamina certa ſuorum.
Interea binos Ericonthia in oppida miſit
Nunides terras exploraturus iniquas:
Progreſſi venere Rahab meretricis in ædes.
Accepit factum princeps Ericonthius: ergò
Præcipit hoſpitio Rahab eduxiſſe receptos:
Illa refert abijſſe viros ſub veſperis ortus,
At quorſum ignorare, ſequi ſe poſſe fugaces.
Sic inde abducti Regis ceſſere miniſtri,

Tan-

Tandemq. incolumes demiſſi fune feneſtris
Exploratores in caſtra rediſſe feruntur.
Sed verò promiſſa ſalus Rahabitibus olim eſt,
Et conceſſa etiam plenè poſt diruta circum
Mœnia, & oppreſſos intrà nequā oppida ciues.
Tertia lux aderat: iuſſi portare Leuitæ
Sunt Arcam, ac reliquū populi ſuccedere vulgus.
Iuſſa Sacerdotes faciunt, humerisq. capeſſunt
Impoſitam, traduntq. ſimul Iordanis ad vndas.
Vix plantis tetigere latus, defluxit in ima,
Qui ſuberat fluuius, qui deſuper eſſe repertus
Vt murus ſtetit immotus, cæliq. ſub Axe
Immensùm creuit decurrere neſcius humor.
Pone ſequutus erat populus, ſiccumq. per alueū
Tranſgreſſus facilè Ierıcho lata arua tenebat.
Arciferi ceſſere loco poſtrema tuentes.
Vixq. datum arenti veſtigia figere terræ,
Turritæ curſus vndæ rapuere moratos.
Ecce autem aduerſus Nunidi aſtare videtur
Ales in arma ferox, ac decertare paratus:
Is percontanti contrà reſpondet Ieſu,
Ne timeant hoſtes, ſeſe ſua caſtra fouere,
Eſſe ſibi curæ, ne poſthac vincere ceſſent,
Si modò non deſint iuſſis hærere receptis;
Ductorem ſeſe, ſeruatoremq. futurum.
Dixit, & in tenuem ex oculis euanuit auram.
Ieſus at in faciem pronus veneratus eundem eſt.
Obſtructæ Iericho fuerant valuæque, feræq.
Ciuibus arreptis pauitantia corda timore.
Ergo Nunides oppugnaturus eandem,
Non armis vti, nec fidere viribus inſtat,
Sed monitis parere Dei, ſed myſtica rerum
Iura ſequi, ac belli ſummam decernere votis.
Namque Deus (ne fortè putet ſe vincere ferro

Ar-

Armatus miles,ſubigiq. humanitus hoſtem,
Voce, ſonoq. tubæ proſterni mœnia curat.
Interea Ieſus circumduxiſſe laborat
Septenis Arcam vicibus, totidemq. diebus,
Ac ſeptem extremo vicibus repetiſſe ſub vno.
Ecce autem clamore virùm, & clangore tubarũ
Sublato,ærati poſtes, ac mœnia circum
Diruta ſunt nullo penitus quatiente ſub auras.
Extemplo turbati animi, tremefactus & hoſtis:
At populus Domini qui circumfuſus obibat
Oppida, compoſito contra contendere in vrbem
Obiectam, ac trames, quà ſe patefecerat intrò
Scandere vaſtato latè cultore locorum,
Aggreditur ciuem nullo diſcrimine ſexus,
Ac mittit lætho direptis vndique gazis.
Ipſa Rahab meretrix de tot modo millibus vna,
Et cognata domus dimiſſi viuere ſecum.
Argenti,atque auri,quæ ſunt inuenta talenta
Congeſſit ſanctè populus, Dominoq. ſacrauit,
Iuxta præſcriptam Diuino Numine formam.
At verò infauſtè. Nam Charmi filius Acham
Certos argenti ſiclos, auriq. reperti
Occuluit furatus humi, terræq. ſubegit,
Impulſus vitio, cœcaq. cupidine habendi.
Ergo miles Hai, cùm proceſſiſſet in vrbem
Oppugnaturus ciues, vt fecerat ante
Deuictæ Iericho, mutata ſorte fugatus
Turpiter hoſtili vertit ſua terga ſagittæ.
Nunides ægrè fugientem in caſtra ſuorum
Excepit trepida raptus formidine turmam,
Inde ſub incerta belli ſpe, protinus Arcam
Fœderis aggreditur, Numenq. in vota repoſcit.
Quid nos tã ſubitò grauibus pater optimè rerũ
Deſeris in bellis? vel quid peccauimus in te

Tur-

Turpiter? vt miſerè famulos patiare relictos.
Non id pollicitus Patribus, nobisq. futurum;
Non ea ſpes fuerat, quando tranauimus æquor,
Siue quaterdenis terras peragrauimus annis:
Ipſo nunc aditu, primoq. in limine Regni
Cædimur incluſi: non hinc victoria nobis,
Sed potius ſurgunt irritamenta ruinæ.
Cui Deus hæc contrà, Non deſperanda ſalutis
Semita ſollicitis peccata repellere rerum:
Pectora ſupplicium ſequitur peccantia durum.
Ergo ſi vobis hoſtes perſtringere curæ,
Quæ malè noxa latet, pœna purgare neceſſe eſt,
Edereq. in lucem, ne cætera membra putreſcant.
His Ieſu acceptis, nequaquam plura moratus
Corripit è terra corpus, cunctisq. vocatis
Diuidit in partes, exploratumq. ſceleſtum
Detinet, emiſſa paulatim ſorte per omnes.
Achā vbi deprenſum agnouit ſcelus eſſe, nec vllū
Effugium ſibi concedi, rem pandit ad auras,
Obductumq. aurum tandem, argentumq. retexit.
Ergo ardens ira populus, non immemor ante
Dedecoris bello ſibi cum diſcrimine paſſi,
Deſuper iniecto lapidum contexit aceruo,
Et flammis abſumpſit opes, incendia miſcens.
His ita compoſitis, exturbatisq. ſceleſtis,
Præparat inſidias notæ Dux inclytus vrbi:
At parte ex alia ciues in prælia poſcit
Irritans, murosq. inuadere velle videtur,
Inde fugam ſimulat, poſtquam cognouit Haitas
Recluſis portis contra irrupiſſe frequentes:
Inſequitur ciuis deceptus imagine veri,
Et longe abſtrahitur, donec data ſigna remoto
Suſtulit agminibus Ductor latitantibus antro.
Nam cæcis excita locis dant oppida flammis;
Et,

Et, qui fugiſſent, conuerſi terga reſiſtunt.
Sic hominum biſſena ad millia cæſa fuerunt,
Prædaq. militibus ceſſit victoribus vrbis:
Audièrant Reges Chanaan diſcrimina belli,
Ac debellatos ſocios, pariterq. parari
Exitium crudele alijs: ſibi quiſque timere
Incipit, ac dubios ſub pectore voluere motus.
Ergo conueniunt inter ſe fœdere iuncto
Supra triginta Reges certare parati:
At Gabaonitæ populi ſæua arma, vicesq.
Conſilium longè ſecus accepere timentes.
Multi Oratores miſſi componere pacem,
Qui præ ſe ferrent attrita veſte, ciboq.
Omninò arenti longè diſtantibus oris
Acceſſiſſe illùc, certi coniungere fœdus.
Decepti ſubiere preces, dextrasq. dedere:
Inconſulta ſalus promiſſa petentibus ab ſe,
Ac iuramento ſecum firmata perenni.
Poſt aliquot nouere dies ſocia arua, domosq.
Affore communes, cõmixtim habitãtibus ijſdẽ.
Ergo manſura decretum lege per æuum eſt,
Vt comportarent ſacratæ ſedis in vſum
Ligna, nec obſequij dedignarentur habenas.
Cum reliquis bello certatum, denique victi
Sunt omnes, magnoq. ſtetit præſumptio captis.
Námq. vbi collectæ venere in prælia gentes,
Curribus in rapidis pugnas iniјſſe feruntur:
At verò vrgenti verterunt milite Ieſu
Terga, fuga potius, quàm viribus, enſe, vel armis
Fidentes, penitus deſperantesq. ſalutem:
Quin etiam vt fugerẽt verſos Deus æthere ſaxis
Obruit, ac toto ſparſit ſua fulmina cælo.
Viderat innumeras hùc conueniſſe cohortes
Aduerſus Ieſus, facilèq. tot agmina, & hoſtes
Con-

Congreſſu vnius deleri haud poſſe dici.
Ergo ne quiſquam tenebris, ac nocte ſalutem
Quæreret, aut bello elapſus ſuccederet vrbes
In bene munitas, vbi longè durius eſſet :
Expugnare viros, Solem conſiſtere iuſſit
Curſibus in medijs, atque aſtra ſororia lunam.
Audijt Omnipotens, exoratusq. viciſſim
Protraxit lucem, cui bina æquabilis eſſet
Non conſueta prius miracula cognita terris.
Sic intercepti fato cecidere ſub vno
Hoſtes, ac regio tandem eſt purgata ſceleſtis.
Suſpendit Reges Chanaam, teterrima quondam
Corpora, promiſſa patribus tellure potitus
Nunides Ieſus, truncoq. peremit adunco.
Iamq. ſubinductis tribubus diuiſerat omnem
Felici tractu terram ſortitus habendam:
Sola Leuitarum tribus, vt digniſſima, rerum
Expers certarum decimis ditanda remanſit.
Ecce per effuſas vrbes diſponit aſylum,
Quo reus effugiat ſe defenſurus ab hoſte:
Deſigunt Maſphath ſacri tabulata receptus,
Hinc conſulturi Dominum vt reſponſa referret.
Confirmat mores varios, legesq. nouatas,
Ac decus eximium iuuat in virtute paciſci.
Quæ poſtquã effecit, populumq. beatius auxit,
Occubuit clarus meritis, ac laude decorus.
Conſuluere alij Dominũ, quem vellet in armis
Eſſe ducem, ſeu quem bello præcedere gentem:
Iudaq. præficitur, qui cum Simeone coacta
Fratre manu, Bezec vrbem obſediſſe frequentat,
Ac tandem Bezec capto Duce vincit Adoni.
Iuda pedum, ac Simeon Bezec, manuumq. recidi
Summa volunt, rerum ſic diſponente ſupremo
Vindice, quòd Reges decies ſeptẽ ille ſubactos
Con-

Conſimili pœna plexiſſet, eosq. per eſcas
Sub menſa tereret, ſceleris monumenta nefandi.
Iudicium Domini celebrandum agnouit Adoni,
Ac ſe iuſta pati tandem, ſanctumq. timorem
Commendat ſerò, & caſtum virtutis amorem:
Sed verò Solimam miſerè perductus obiuit.
Hinc vrbes cepit fortes, atque oppida paſſim,
Nam præter Bezec vrbem expugnaſſe refertur,
Et Solymas poſthæc ſanctas, Hebronq. vetuſtam,
Siue, quod hoſpitium iam tunc erat Arba Gygantum,
Atque Sepher, primæ benè quæ dicetur Athenæ,
Cum Sephat, & Gazam celebrem, & loca ſubdita Gazæ,
Inde Bethel, quæ Luza prius vocitata fuiſſet,
Ac Bethſam, Zamach, Don, Ieblan, Acco, Mageddo,
Et Gazer, Cetron, Naalon, atq. Helba, Rohobq.,
Et Sydon Ahalab, Semel, Amath, & Haret, Achaſib,
Atque Aphec, fineſq., ac proxima queq. locorũ.
Sic debellatæ circa ſunt vndique Gentes,
Siue dedere manus, ac ſeruijt vltimus orbis.
Sed verò functis vita ſenioribus æuo,
Succeſſere alij fallacia corda gerentes,
Ac reprobi ſenſu, contemptoreſq. beati
Numinis, ac legum ſanctarum, animiq. nefandi.
Immensùm iratus voluit diſperdere Gentem,
Admonuitq. homines miſſo Deus alite ab aſtris:
Nec tamen admoniti greſſus fugére prophanos,
Nec tamen admoniti curſus tenuere modeſtos.
Ergo Deus Regi Chuſan ſeruire coegit:
Mox reparat victos, rurſumq. in praua ruentes
Eglon ſubiecit: ſed tandem fraude peremptus
Eſt

Eſt Aod hic Eglon: aliàs, iterumq. ſubactos
In libertatem Sangar pertraxit auitam,
Vomere ſexcentos qui percuſſiſſe refertur.
Forte Tribus Iacob, Siſara Duce militis Aſor,
In ſordes pariter reuoluta Gente nefandas
Oppreſſiſſe diu potuit Chananæus Iabin.
Excitat interea Barac lapiditha prophetis
Debora Abinidem exhortata capeſſere pugnam.
Hic iuncto cœtu comitante prophetide ſecum
Aſcendit montem Thabor, mox armaminatur
Aduerſo Siſaræ; atque inito certamine cogit
Vertere terga fugæ, Domino terrente cohortes,
Cæditur hoſtilis nullo diſcrimine turma.
Hinc tamen ex oculis Siſara euaneſcit, & Haber
Seſe in tecta rapit celeri neutralia greſſu.
Excipit hunc ficto ſermone Iahelia coniux,
Exitiumq. parat: tacitè nam feſſa labore
Inuadit membra, & curis, animoq. virili
Tempus vtrumque fodit ſociata morte ſopori,
Fœmineo plenè ingenio reparante ſalutem.
Hinc Madianitis commota Numinis ira
Seruitio depreſſa graui eſt Hebræa propago.
Ecce autẽ interea Gedeoni ex æthere ad Ephrã
Nuncius Ales adeſt frumenta in meſſe terenti,
Sumereq. arma iubet, nec deſperare futuris
De rebus, ſi fortè ſuis ſtet viribus vti,
Deferre auxilium pro libertate parato.
Nam fore, vt hoſtiles nullo prohibente phalãges
Cædat, & incolumis repetat, victorq. penates.
Addubitat Gedeon vires ſuperantibus auſis,
Inde animum recreat ſignis in vellere factis.
Ergo manum cogit, tùm lecto milite ad vndas
Opponit ſeſe fuſis in valle reducta.
Nox erat, & Gedeon in caſtra hoſtilia ceſſit
Per-

Perſcrutaturus per amica ſilentia Gentis
Conſilia, atque animos, ac belli denique ſortẽ.
Vix Phara fixit comitante nouiſſima greſſus
In loca caſtrorum, cùm ſomno territus vnus
Quo ſurgens viſa eſt ſubuertere caſtra placenta,
Addidit huic animos memorans, penitusq. timorem
Diſpulit; ac ſecum quos lambere flumina vidit
Tercentum iunctis inuadere præcipit hoſtes.
Illi ſollicito tremefacti pectora motu
Diffugiunt opibus nimijs, gazisq. relictis,
Quin etiam miſerè per mutua vulnera plures
Cæduntur ſpiſſæ noctis fallentibus vmbris.
Nãque vbi cõpoſito data ſigna, tubæq. tumultus
Exciuere nouos, ac lutea vaſa ſiniſtra
Prenſa manu colliſa ſimul cecidere, retentis
Lampadibus clauſis intus, cælumq. fragore
Perſtrepuit nimio, viſus ruere ætheris axis,
Creditus & totis concurrere viribus orbis.
Ergo inſectatur clamoribus vndique ductor
Turbatos magnis, ac territat vndique miſſis
Ad ſocios votis, ne quis prodeſſe recuſet,
Subſidiumve neget latum victoribus hoſtis.
Sternuntur capti Zebeeq., ac Salmana lætho,
Ac proſtratus Oreb princeps cũ principe Zebo,
Deſcriptiq. viri Socoth, Phanuelq. rebelles.
Protulit in medium prædatas miles inaures,
Donauitq. Duci pariter, qui tracta Camelis
Ornamenta tulit, patrijsq. erexit in oris
Aurea Ephod, celerem domuiq. ſibiq. ruinam:
Quippe ea gens, populusq. diu veneratus idola eſt
Conflatum, quamuis excurſibus ipſe vacarit
Intereà aſſuetis, tulerit nec ab hoſte tumultus.

Tri-

Triginta bis ſex geniti Gedeone feruntur
Eſſe viri, quos Abimelech meretricius aſtu
Inuadens frater conciue fauente peremit.
Clàm Ioatham amotus fugit, minimusq. relictus
De numero, fratricidæ qui dira precatus
Euentus Beram præſtolaturus abiuit.
Brumis iſte tribus, totidemq. caloribus vnus
Regnauit, cædemq. Sichem exoſa nefandam
Expulit vrbe hominẽ, qui fato vrgente ſupremo
Interijt ſaxo colliſus ad oppida Thebes.
Abimelech vita functo ſurrexit Airus,
Sed Thola præceſſit Phuades, qui viribus vrbes
Defendére ſuas, donec ſcelerata ſequutæ
Facta Tribus, circa populis ſeruire coactæ.
Pœnituit cunctos ſcelerum ſimulachra peroſos:
Ac iuncti pariter pro libertate vouebant,
Orantes Dominum: non reſpuit ipſe precantes.
Decernunt ergo Iephtem præcedere bello.
Miſſi oratores, quò proſpiciatur eiſdem,
Ammonitarum Regi qui dicta reportent,
Non turbare ſuos fines, nec tendere contrà.
Has monitus voces Rex Ammonita repellit,
Irritatq. animos dictis verba aſpera iactans.
Ardet Iephte animis, & magna percitus ira
Agmina diſponit, dein arma capeſſit, & vltrò
Hæc in vota fluit: tibi vir, ſeu fœmina numen,
Quæ prius occurret, (vincam modo) victima ſunto.
Fertur in arma furens, perturbatasq. phalanges
Diſſipat hoſtiles, & magnos cædis aceruos
Componit, vaſtatq. vrbes incendia miſcens.
Filia victori facti modo neſcia voti
Occurrit patri prima, vt deducat ouantem:
Ipſe ſcidit veſtes, infelicemq. parari
Ar-

Arguit occurſu tali ſibi denique mortem:
Nec prius enſe cadit, quàm bis noua luna coiret,
Quæſta ſuam interea ſortem, atque in montibus errans:
Tum demum virgo fatis ea ceſſit iniquis,
Impia ſic noxæ fuit addita culpa nefandæ.
Ecce autem, ſocios quia non in bella vocaſſet,
Seditio grauis exoritur, bellumq. nouatur.
Vincitur inſultans Ephraim, fugientia Iephte
Agmina perſequitur, defenſantesq. cohortes
In Iordane locat, via quò foret auia victis.
Hi tranſire ſtudent, ſed ſyllaba Schibboleth iiſdẽ
Edita non purè repetita petentibus obſtat.
Ergo dant iugulum, quos & temerè ante querelis
Turbauere, timent pendentes ſanguine pœnas.
Iudicat Abeſan, poſt hæc Ahialus, & Abdon:
Sed victi ſubiere iugum ſcelus omne ſequuti:
Namq. Palæſtinis deſeruiuere ſubacti.
Vxori Manues de cælo nuncius Ales
Aſtitit interea, gignendaq. germina de ſe
Edocuit ſacra ex vtero, ſeruandaq. dixit
In lucem puero præcepta parentibus orto.
Editur, & creſcit Sanſon, cui viribus eſſet
Par nullus, nullus non longè viribus impar.
Fortè Palæſtinam Sanſon dilexit amicam,
Coniugioq. ſibi iunxit: viſurus eandem
Inuentum extinguit parta vi cæde leonem.
Poſt aliquot redit ecce dies, dulcesq. liquores
Eius ab ore capit, problema ſodalibus eſcas
De comedente ortas proponit; eoq. ſoluto
Fraudibus vxoris præſcripta luce peremptos
Exuit è populo triginta in præmia gentis.
Inde quod alterius mulier ſociata fuiſſet
Coniugio, iunctis ter centum vulpibus vnà,

Ignem ſuppoſuit, frugesq. abſumpſit, & agros.
Hiſce Palæſtini commoti vxoria rerum
Incendére pari ſtudio: quibus ille peractis
Aggreditur fines, ac latè vaſtat vbique.
Ecce Palæſtini ſubeunt, quò ceſſerat, Etam:
Hos ægrè paſſus Sanſon fortiſſimus auſus
Irruit in gentem, maxilla aſiniq. reperta
Mille viros perimit, reliquosq. per auia fundit;
Ac velut, in timido leo ſi graſſetur ouili,
Sternit humi: fera bella timẽt, obſtare nec audẽt.
Talis erat Sanſon victor, modo vinctus inermis:
Namq. Palæſtinis ſuamet cognatio vinctum
Obtulerat metuens, Sanſone ferente viciſſim
Vincla: ſed illa cadunt, tenuis quaſi ſtuppa fauillis.
Interea ſitis excruciat ſic hoſte repulſo:
Is Numen rogitat, ſibi quò ſuccurrat egenti.
Ergo maxillæ reſerantur viſcera, & vndæ
Emanant latè, ſitis auolat improba longè
Faucibus, ac liquido recreantur membra vapore.
Forte Palæſtinus portas obſederat hoſtis
Tectorum Sanſon, media qui nocte remotos
Aſſumpſit poſtes, adijtq. cacumina montis.
Inde aliam Sanſon occæpit amare puellam,
Dalila dicta fuit, quò concurrére frequentes
Plurima polliciti primores munera gentis,
Si doceat, ſua qua conſurgat origine virtus.
Illa moleſta diu fuit, ac decepit eandem
Sanſon, nec potuit quæſitam ediſcere cauſſam.
Nanq. ter euinctus funes, ac vincula rupit.
Tandemq. incautè memorans arcana retexit,
Cæſariemq. intactam operum effeciſſe recenſet
Grandia, nec vinci ſe poſſe manente capillo.
Dalila re tota percepta, accerſit iniquos,
Cæ-

Cæſariem imminuens depreſſi membra ſopore.
His ſecum adiunctis à ſe depellere Sanſon
Cœpit, at excuſſum virtus deſecerat omnis.
Sic hoſtes Sanſon alacres vinxere prehenſum,
Atque oculos fodere viri: Dux fœmina facti.
Iamq. iterũ fuerant, quos Dalila dempſerat, orti
Crines: at Sanſon inſtar molebat equorum.
Ecce Palæſtini cupiunt illudere capto:
Conuenere domum in magnam, conuiuia ſternũt
Splendida lætantes, tùm deſuper atria ſpectant
Ludentem Sanſon: accerſitumq. choreas
Ducere compellunt, latè riſu omnia complent:
Hunc illũ eſſe virum memorãt, qui læſerit agros
Ante Palæſtinos, ac deuaſtauerit vrbes.
Fortè ſuper binis ea machina tota columnis
Hærebat; quibus ille ſuper requieſcere poſcit,
Atque labore graui defeſſa appellere membra.
Fit ludo requies intermittente choreas:
Sanſon aſt animus diſcrimina verſat, & ambo
Fulcimenta domus rapit, atque auellit ab imo.
Corruit alta domus, collectaq. turba virorum:
Vnaq. permagnæ facta vltrò cauſſa ruinæ eſt.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER SEXTVS.

PErrexere viri de Dan ſibi quærere terras
Sexcenti, ac Michæ caſu ſubiere receptus.
Fecerat ex auro quoddã ſibi ſculptile Michas:
Agnoſcunt Danitæ hominis genus: ergo rogatum
Adducunt ſecum in ſortem, furantur & aurum,
Denique ſecuros rerum oppreſſère Laitas.
In patrias ædes à coniuge ceſſerat vxor,
Ille Ephratæus erat, de terra fœmina Bethlem:
Vxorem ſequitur coniux, tandemq. recepit
Conciliatam animis: & nox obſcura ruebat,
Cùm Gabaõ tetigere domos. peregrinus in vrbe
Excipit hoſpitio iuuenes, ſed grandior æuo.
Vix menſæ poſitæ fuerant, reficiq. labore
Cœpti artus, ſubitò cùm peſſima corda virorum
Obſedere locos, ac proſtituenda repoſcunt
Corpora caſta viri: quibus inſiſtentibus idem
Vxorem profert, ac tota nocte coactus
Tradit abutendam: ſed verò manè reperti

Deceſſiſſe animi fœdatæ membra puellæ.
Abſcedit iuuenis, ſectumq. in fruſta cadauer
In fines Tribuum cunctarum abiecit, iniquos
Conqueſtus mores hominum, pœnasq. precatus.
Conuenere Tribus Maſphath; Dominiq. recepto
Conſilio, Gabaon vrbem, ſedemq. nefandam,
Sunt Oratores miſſi depoſcere ſontes.
Reſpuitur tota deſpecta legatio ab vrbe:
Eſſe ſui iuris, nec ſe debere petitis
Obſequium præſtare ferunt, nec velle teneri
Præceptis parere ſuis, ſibi viuere curent;
Non aliena ſequi geſta, aut cognoſcere mores.
Irata ad reſponſa fremunt collecta piorum
Turba hominũ, iurantq. ſuas prohibere puellas,
Ne turpi poſthac generi iungantur, & olim
Se vitaturos eadem commercia firmant.
Fit clamor caſtris; plauſuq. ac murmure circum
Ingenti excipitur, iunctèq. excepta fouetur
Conſilij ratio aucta noui: iamq. oppida miles
Armatus Gabaon ſubuertere viribus vrget.
Præficitur caſtris, ductorq. vocatur Iuda:
Inuadit muros, & propugnacula tentat.
Erumpunt ciues portis occumbere certi,
Aut repuliſſe hoſtes, ac defenſare parati
Seq. ſuas domos, ac non ceſſiſſe minaci:
Præcipites mouere gradus, durisq. viciſſim
Vulneribus latè inflictis cecidere frequentes.
Sed tandem dubios Gabaon euoluere caſus
Incipit, ac celebris recipit victoria paucos.
Sic placitum, ſeu quod ſimili purgare neceſſe
Caſtra fuit, vel quod cordis tentare latebras,
Aut grauius ſtetit audaces damnare ſceleſtos.
Lætitia exultat victor, iuſtoq nefandus
Inſultat, ſuperatq. inito certamine rurſus.

Collectæ cœpere Tribus diffidere bello.
Ergo conſulitur Maſphath Deus: ille locari
Inſidias circa iuſſit, tùm fallere ciues
Parte alia, velut ante fuga, fictoq. pauore.
Conſurgunt caſtris monitæ, facilèq. paratis
Inſidijs, fera bella mouent, aut velle videntur.
Arma capit ciuis, portisq. patentibus hoſtes
Inſequitur, rurſumq. inuadere fortius audet.
Longè diſtrahitur, fictis malè credulus actis.
Interea cœcis pars militis abdita noctu
Surrexere locis, & quà deſpecta videntur
Mœnia concurrunt, faciliq. labore potiti
Inuadunt vrbem, flammisq., ac funere cōplent.
Erigitur cælo fumus, vaſtataq. planctus
Effundit querulos turba, immanesq. tumultus
Mœſta ciet: iamq. acceptis per prima fugaces
Conuerſo greſſu remeant veſtigia ſignis;
Victa prius ſuperant, & propulſantia perſtant
Agmina, & inſiſtunt retro repuliſſe rebelles.
Cognita ſerò doli fraus eſt, qua territus hoſtis
Et fugiſſe parat, nullam & ſperare ſalutem.
Vndique vaſtatur Gabaon, teriturq. procellis,
Excidiumq. ſui videt, agnatosq. citatos
In fatum crudele, ac dura piacula mortis.
Ergo pœnituit tandem importuna nefandi
Oppida peccati, peperitq. miſerrima luctum
Pœna grauem, tardèq. eſt agnita numinis ira.
Sexcenti vnanimes irrumpere fortius auſi
Inuenere viam, ac Remmon tenuere cacumen,
Sic Tribus interitum effugit vitiata perennem
Beniamin, reliquis duro in certamine cæſis.
Fit bello finis, ſtetit inde miſerrima cædes.
Conſulitur quanam poſſit ratione caueri,
Ne ſtirps Beniamin intercidat omnis in æuum,

Sed

Sed rurſus renouata refloreat, auctaq. rurſus.
Miſſi Oratores rupem conſcendere Remmon;
Qui reuocent iuuenes promiſſo fœdere pacis.
Progreſſi mandata docent, dextrasq. dederunt,
Iam ſatis eſſe datum pœnis, iræq. recenſent;
Sollicitos longè fratres pro ſtirpe reciſi
Beniamin, reparari aliter nec poſſe iacentem.
Deſcendunt pariter Maſphath, populiq. fauentis
Committunt ſeſe fidei, placitoq petentum.
Ecce inſperata victus pro ſorte ſuperſtes
Excuſſit dubios animis de pectore motus,
Datq. manus, ſequiturq. duces, ac ſigna vocantũ,
Primores gentis Galaad miſere per vrbes,
Quas vnà in Maſphath non iurauiſſe repertũ eſt,
Vt raperent cæſo latè cultore puellas.
Iuſſa explẽt famuli, numerus neq. ſufficit omnis,
Namq. quadringentas tantùm inueniſſe feruntur
Coniugijs habiles. Ergo monuere ducentos
Conſulerent ſibimet, ſtructis de more choreis,
In Silo Maſphath raptu, lectasq. puellas
Subriperent, quoniam ſint deſponſare parati.
Nec mora: cõſiliũ hoc audax ſua facta ſequũtur.
Beniamin lætho ſic proſpexere ruentis.
Ediderat quondam geminã perpulchra Noemi
Elimelech prolem, Mahalon, & Chelia ſponſo,
Inde fame exorta terris peregrina per vrbes
It Moab, aſſumptis natis comitante marito.
Ceſſit ibi Elimelech fatis, & partus vterque:
Sed nuribus prius aucta fuit, quarum Orpha relicta eſt,
Altera Ruth Bethlem ſecum petijſſe refertur.
Nupta Booz Ruth Obed genuit, quò fluxit Ieſſe,
Inde Dauid, ſequiturq. Dauid ſucceſſio Regum.
Elcana Phenennæ coniux, Annæq. refertur:

Digitized by Google

Non erat Anna parens, Dominū ſed ritè colebat.
Venerat in Silo, tacitas vbi fundere voces
Contigit, atque animi duros aperire dolores.
Arguit hanc ebriam vino ratus eſſe Sacerdos:
Anna ſubit, ſterili pectus mihi triſtè manēti eſt:
Si dabitur partus, rerum hic ſacrabo parenti.
Mox abit in patriam: ipſomet ſibi fauſta precāte,
Vota fluunt, peperit puerum, quo ſanctior alter
Nō fuit in Tribubus, queis vita ſuperfuit annis.
Vt creuit, deferre Deo curauit, & Heli
Tradere ſollicitè in Silo, ac donare Tonanti.
Ergo miniſtrabat ſanctè, culpaq. vacabat:
Dictus erat Samuel, qui tantò ſanior eſſet
Moribus, ac vita, quantò duo germina nati
Ambo Sacerdotis dicti peiora fuerunt,
Et thalamos hominum, ac ritus fœdantia ſacros.
Ergo Deus noctu Samuelem appellat, & vltrò
Edocet ingratos animos, ſenſusq. rebelles,
Et quibus affecturus erat pro crimine pœnis
Multiplici, ac vario iuuenes. cognouerat Heli
Accitum à Domino puerū: ergo adiurat eundē,
Vt referet patefacta ſibi miracula rerum.
Admonuit Samuel hominē, remq. ordine pandit,
Seq., ſuamq. domum Diuino Numine prorſus
Reiectos, ac dura manere pericula natos.
Ille ſub hæc, Domini certè haud iniuſta volūtas,
Vt placitum fiat: demumq. ita fata tulerunt.
Namq. Palæſtini ſæuum mouere furentes
Inſtructo in Iacob permulto milite bellum,
Deuictæq. Tribus, rurſumq. in fœderis Arca
Confiſæ renouare acies, ac prælia tentant.
Heli Ophni, ac Phinees geniti corda impia ſecū
Indigni tractare manu ſacra pignora portant.
Ergo graui cœpto rurſus certamine vertunt
Terga

Terga Tribus, paſſimq. cadunt, iunctèq. ſub vno
Helides periere die: ſic fœderis Arca
Capta Palæſtinas, propter peccata viciſſim
Permittente Deo, primò eſt aducta per vrbes.
Euaſit bello profugus, qui detulit Heli
Deuictum Iacob, natos cecidiſſe ſub armis,
Et pignus Domini ſublatum, ac fœderis Arcam.
His Heli auditis tremefacta per oſſa pauorem
Senſit, & è ſella, cui nixus inhæſerat, alta
Perfracta reſupinus humi ceruice reſedit.
Sic ſermo verax Samuelis, & agnita virtus.
Interea Phinees vxor paritura vocauit
Iehabod infantem, per nomina ſorte notata.
Ecce Palæſtini aſportant ſacra pignora ſecum,
Ac iuxtà Dagon ſtatuunt: ſed mane ſub Arca
Dum templum repetunt, Dagon videre iacentē,
Baſe ſuper prima, rurſum ſimulachra reponunt:
Luce noua palmæ, caput abſciſſumq. repertum,
Proiectumq. ſolo, tantummodò truncus inanis
Perſtitit, vt meritò cunctis ridendus adeſſet.
Quin etiam paſſi vaſtantes omnia mures,
Læthales natibus morbos, duroſq. dolores.
Agnoſcunt Dominū in pœnis, crimenq. fatentur,
Ergo conueniunt arcam dimittere in vrbes
Iudææ donatam auro, quam bina referret
Vacca ſuperpoſitam plauſtro, vituloſq. tenellos
Concluſere caſis: recta trahit vtraque plauſtrum
Iudæam verſus, necnon dona aurea, & Arcam.
Forte Samitarum populi ſub valle metebant
Frumenta. Hi plauſtrum impoſitum, vaccaſq. videntes,
Quæ plauſtrum traherent, accerſiuere Leuitas:
Deponunt Arcam, & vaccas fecere Tonanti,
Sed non impunes Arcam videre Samitæ:

Nā data ſunt Gentis quamplurima millia læthò.
Ergo Iarim Cariath quoſdā immiſere rogantes
Accedant, celeresq. ferant ſacra pignora ſecum:
Se velut indignos tàm grata ſorte repelli.
Deducunt alacres, Gabaon ſub tecta vocati
Abinadab, gnatumq. in clari pignoris vſum
Sanctificant: ſic ſe cuſtodijt Arca ſceleſtis.
Amouere Tribus monitæ ſimulachra Deorum
Aſtaroth,& Baalim, Domino ſeruire paratæ.
Ecce Palæſtinus requieſcere neſcius hoſtis
Certamen renouans poſt tēpora multa laceſſit.
Concurrit Iacob Maſphath conterritus armis,
Implorans Samuelis opem, qui vota Tonanti
Cum lachrymis fudit pro libertate ſuorum.
Inde Palæſtinis contrà nitentibus, ac vi
Cominus ingenti iam concurrentibus; Agnum
Obtulit vberibus pendentē. Ergo æthere Numē
Horrifico tonitru latè perterruit hoſtem,
Diſiecitq. inſtructam aciem: fugit ocyor Euro
Territa Iudææ vertens ſua terga ſagittæ.
Confecto Samuel æuo, nec viribus ægris,
Quos genuit natos Tribubus præfecerat ambos
Exercere animum, ac motas componere lites:
Sed verò ſordes,ac munera vterque ſequutus,
Non exempla patris fuit: hinc expoſcere Regem
Occœpere Tribus præturpia facta peroſæ.
Admonuit Samuel Regalia iura precantes,
Seruitiumq. omni ſubeundum tempore durum:
Quin, ait, in Dominum ignaræ peccatis iniquè
Sollicitæ pro Rege nouo, ac diademate Regni.
Sed perſtare tamen pergunt ſibi velle petitum
Hæ Regem, certumq. Ducem cupiere ſub armis:
Sic gentes alias & conſueuiſſe recenſent.
Denique earundem precibus parere laborat
Eui-

Euictus Samuel, ac vota explere rogantum.
Fortè Saul de Beniamin Cis ſemine natus
Iuerat amiſſas perquirere patris aſellas,
Aſſumpto ſecum famulo: dum longius errat,
Proximus acceſſit Samuelis ad oppida vatis:
Vrbem adijſſe parat, rerumq. exquirere ſortem.
Ingreditur tandem, ac vatem, qui conſcius eſſet
Præſtolantem hominem ad portas interrogat vrbis.
Ipſe domum ducit ſtructa ad conuiuia menſis,
Ac reficit feſſum, Regniq. recondita monſtrat.
Ergo oleum capiti infundit, dein talia fatur,
Te Deus in Regem Iacob, populiq. ſalutem
Eligit Omnipotēs: ne ceſſa implere quod optat:
Perſequere hoſtiles, ac ferro diſijce turmas,
Namque tibi ſuperare datum, gentemq̃. tueri.
Nec te ſollicitum reddant animalia patris,
Nam reperit: tibi ſigna dabo certiſſima rerum:
Hinc vbi ſecedes, iuxtà monumenta Rachelis,
Occurrent bini, qui veſtra animalia dicant
Inuenta, & patrem reditu penſare dolorem:
Tres inde accedent, quorum donaberis eſca,
Accipiesq. libens ad quercum nomine Thabor:
Vrbem introgreſſo Domini cui collis inhæret
Hoſtili firmatam acie grex obuius inter
Et cytharas aderit, tibiasq., ac tympana vatum:
Ecce prophetabis, tota & mutabere mente.
His ita tranſactis tecum fore credito numen.
Galgala ſuccedas, vbi præſtolare diebus
Me ſeptē, vt noſtra cadat hoſtia plurima dextra.
Euenere Saul, quæ dixerat ordine vates.
Attamen ignorare ſuos rerum abdita paſſus:
Nam percontanti poſtquam in ſua tecta reuertit
De Regno patruo, nihil expoſuiſſe refertur.

Ergo venit Samuel Maſphath, ſortéq. per omnes
Immiſit Iacob ſtirpes, vt ad vſque Saulem
Fluxerit, atque Saul Rex declaratur Iacob.
Ecce domi latitans auſertur Maſphath, & inter
Collatus reliquos humero ſupereminet omnes.
Intereà Naaſis Rex Ammonita ſuperbè
Aggreditur Galaad contra rerum vltima iactãs:
Ipſa Oratores Iudæa per oppida mittit,
Fraternamq. implorat opem, & ſocia arma repoſcit.
Audijt iſta Saul, dum veſpere venit ab agris,
Diſcerpéſq. in fruſta boues, quos cogeret vrbẽ,
Cunctantiq. ſequi quamplurima dira minatus,
Ira ardens, feruensq. animo circũ oppida fudit.
Conueniunt illùc tercentum ad millia gentis;
Inſtructiſq. armis ad caſtra hoſtilia pergunt.
Gaudia miſcentur Galaad mœrore ſepulto.
Ergo congreſſis Ammon exercitus omnis
Terga dat, & pariter cadit, ac tantũmodo ſoſpes
Nuncius euaſit, caſum qui perferat Ammon.
Sic parta eſt populo libertas, Regna Sauli
Confirmata magis; quo circa milite cœpit
Vti ſelecto, ac depellere ſæpius hoſtes.
At Samuel rerum ſibi conſcius ante ſuarum,
Accitum populum contra ſe inquirere iuſſit,
Vtrum è ſubiectis aliquos oppreſſerit vnquam.
Fauſtè acclamatum: ſed contra in Rege viciſſim
Monſtrauit Samuel Iacob peccaſſe petendo.
Ecce Palæſtini mouerunt caſtra, nec vlli
Obſtare inuenti è populo, prorſusq. ferarum
Intrauere caſas, rerum abdita quæque ſequuti.
Præſtolatus erat ſeptena à luce prophetam
Rex Saul electus: fugit conterritus hoſtis
Aduentu miles: quò circa ſacra Tonanti
Im-

Impatiens Rex ipſe moræ feciſſe refertur.
Occurrit Samuel, indignatusq. Sauli
Prædixit Regni finem, Regemq. nouandum.
Ergo in bella Saul, Ionathas & filius ardens
Fertur, & hoſtiles debellat vterque phalanges.
Sed verò adiuraſſe Saul, dum pergit in hoſtem
Dicitur, vt caueat miles, niſi victa fuiſſent
Prorſus caſtra, eſcis: Ionathas at melle refectus
Interea in ſeſe traxit maledicta parentis
Inſcius, ac Domini eſt meritus per mella furorẽ.
Namq. Deus conſultus Ephod de more petitis
Reſpondere negat, tacuitq. offenſus in eſcis:
Sortibus immiſſis, ac ſe, natoq. prehenſis
Seiunxit Ionathã, qui denique captus apertè eſt.
Hunc ergo arreptum, atque aliquid de melle fatentem
Occidiſſe Saul voluit, ſed tota tuendo
Turba repugnauit, quia nam victoria fluxit
A Ionatha, & Ionathas in caſtra hoſtilia primus
Proceſſit, docuitq. euinci poſſe rebelles.
Ecce autem Samuel inſtinctu Numinis vrget
Contrà Amalech conferre manus, ac perdere gentem
Promeritam, quoniam indignè turbaſſet Iacob
Ægypto quondam tranſcendere contendentem.
Ergo acie Saul inſtructa perrexit in vrbes
Oppoſitas Amalech, debellauitq. potentem
Regem Agag, & viuũ deſtructa gente prehendit:
Seruauit pecus electum, Regiq. pepercit,
Ne caderet, quò ſuppeteret ſibi clara triumphi
Materies, auraq. animos expleret inani.
Obuius eſt Samuel redeuntibus illicò factus,
Seruatumq. agnouit Agag, nec plurima rerum
Diſperſa, vt placitum fuerat, iuſſumq. Sauli.

Ergo

Ergo declarat reiectum à Numine Regem,
Vt reprobũ, iniuſtumq.; ac ſciſſa veſte per ipſum
Attrectantem, ac vi ſumma retinere volentem,
Scindendum docet imperium de ſemine Ciſſei.
Demùm Agag arreptum Samuel in fruſta ſecauit
Effatus, dignè dantur tua corpora lætho,
Indignè quod multa tuis cecidere ſub armis.
Ille ſub hæc ſolum, duriſſima mortis imago eſt;
Ac perijt, multoq. effudit ſanguine vitam.
Hinc Saul abſceſſit Gabaon, & Ramatha vates,
Perpetuos largè ſpargens è pectore fletus,
Quòd ſic demeritus Regni diadema fuiſſet
Rex Saul, & capiti indignum geſtaret honorem.
Intereà Samuel conceſſit in oppida Bethlem
Numinis admonitu rurſus diſponere Regnum.
Occurrére viro ciues perquirere cauſſas.
Ille Iſai natos, atque Iſai ad ſacra vocauit,
Sanctificansq. explorat eos, quẽ ſurgere Numen
In Regem Tribuum vellet, ſtatuiq. iuberet.
Reiecti ſucceſſiuè ſunt ordine fratres
Septeni, vt quiuis æuo quoque maximus eſſet,
Inſpirante Deo, rerum cui ſumma daretur.
Ecce ſuperfuerat minimus, qui paſcere ſuetus
Eſſet oues: accitur agris, nec plura moratus
In Regem Samuel præcepto Numinis vnxit.
Mox abit in patriam, Dominusq. Saule receſſit,
Ac cœpit fouiſſe Dauid (ſic nomine paſtor
Dictus erat) puerumq. vrgere in maxima rerum.
Spiritus interea malus exagitaſſe Saulem
Dicitur: ergò ſibi Iudæa per oppida pſallens
Quæritur, atque Iſai tandem pro Rege rogatus
Permiſit facilè puerum, & conceſſit habendum.
Siſtitur is Regi puer, arreptumq. maligna
Mente hominem cytharæ ſonitu, cãtuq. leuabat.

Ecce

Ecce Palæſtini Domnin in finibus inter
Azeca, & Socho metati caſtra fuerunt,
Decertaturi contrà agmina lecta piorum:
In medio poſitæ valles; aciesq. cacumen
Vtraque in oppoſitum venit pugnare parata.
Spurius egreditur Goliath de ſtirpe gygantum,
Gente Palæſtinus, qui ſenis altior eſſet
Omninò cubitis, immani corpore, & armis,
Viribus inſultans forma metuendus & haſta,
Exprobrat interea nullos concurrere ſecum
Ex aduerſo auſos, ſeſeq. in prælia ſolum
Extare ardentem, & cunctis obſtare paratum.
Dux Saul, ac pariter Ducis erubuere cohortes
Admiratæ animos, & corpora vaſta gygantis,
Immotæq. ſtetere locis, dubiosq. volutant
Pectore ſucceſſus, & inexpugnabile robur
Viuificæ turris, deteſtandiq. coloſſi.
Fortè Dauid bello ſurgente in patria ceſſit,
Fratribus ad Regem natu maioribus actis.
Hinc puerum genitor compellat vocibus vltrò,
Germanos mi nate tuos ne viſere ceſſa,
Ac rerum tandem quid agant ediſcere cura:
Inde referto mihi. non ille moratus abiuit
In caſtra, & fratres adijt. mox certior ante
Geſtorum Goliath factus, tumidiq. furoris,
Deſtinat opprobrijs finem impoſuiſſe ſuorum;
Quin etiam quæſita ſibi ſtant præmia palmæ,
Coniugijs firmaſſe thoros Regalibus almos,
Regis & in generum aſciſci, qui ſtrauerit hoſtẽ.
Ergo decernit ſecum conuertere bello,
Ac ſortem tentare nouam, & ſperare ſalutem:
Non deſperandum eſt opibus cæleſtibus, inquit,
Vt reor arreptam non fallet opinio mentem:
Iſte gygas noſtra Domino cadet hoſtia dextra.

Sic

Sic cecinit, ſic ſpe plenus meliore ſubaudet.
Defertur res iſta Duci, qui protinus ad ſe
Accitum iuuenem fruſtra abſterrere laborat.
Tu nimis alta petis, maioraq. viribus, infit,
Obſtare haud poteris tanti conatibus hoſtis:
Pone auſus, ac te ſerua potioribus annis.
Ille ſub hæc, mihi ſæpe vrſi, ſæuiq. leones
Enixi turbare pecus rerum vltima paſſi:
Diripui facilè, quos contra obſtare videbam:
Credite perſimilem, qui vult obſtare gygantem.
Sic fatus, clypeum abiecit, galeamq. loricamq.
Oblatam, & lapides hauſit de flumine quinos,
Occurritq. viro petulantius inſultanti,
Corde Deum rogitans, vt ſe, ſuaq acta ſecũdet.
Audijt Omnipotens vlciſci certus in hoſte
Indignos auſus, ac dedecus omne piorum.
Ergo opibus nixus Dauid in cæleſtibus inſtat,
Contorquet funda lapidem, qui fulminis inſtar
Intonuit lapſus: volat ecce per aera magnum,
Ac fronte recta defigitur. ille ſub ictum
Infremuit moriens, ceciditq. ſupinus arena.

S A.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER SEPTIMVS.

ABſciderat Dauid enſe caput, quo perfidus ante
Præcinctus Goliath fuerat, pariterq. tumultu
Complerat caſtra erectis diſcrimine certo
In diuerſa animis: inſperatoq. viciſſim
Euentu, trepidosve metus, vel gaudia miſcent.
Ergo Palæſtini concuſſi pectora caſu
Aduerſo Goliath socij, cæſiq. gygantis,
Corripuere fugam celeres, paſſimq. per agros
Diffuſi remeare domum, aut tentare latebras,
Ac ſeſe ex oculis citius rapere hoſtibus inſtant.
Illi exoptatis tandem ſucceſſibus vti,
Sectari inuiſos, atque vndique perdere perſtant:
Acriter aggreſſas propulſauere cohortes,
Caſtraq. diripiunt, poſtquam victoria parta eſt:
Inde vrbem Gabaon repetunt, pæana canentes.
Audijt ecce Saul maiori laude Dauidem
Vocibus extolli populi; iamq. eſſe timendum
De Regno Ionathæ, atque ſibi ergo odiſſe ſalutis

Au-

Authorem cœpit, fundatoremq. quietis.
Fortè Dauid cythara coram pſallebat eodem,
Ac Regis de more animos mœrore leuabat:
Cùm ſubito in puerũ ſtygio impellente magiſtro
Exercens odia, & ratus opportuna viciſſim
Tollendi è medio iuuenem ſe tempora nactum,
Haſtam proiecit vulnus læthale ferentem.
Sed verò celerem vitauit pauidus ictum
Declinans humerosq. lenes, ac pectus in ima:
Mox ſeſe abripuit fugiens inimica ſceleſti
Corda viri, & cautè ſecum vixiſſe laborat.
Interea Saul agnoſcens ſe vana ſequutum,
Nec faciles aditus ſibi poſſe patere ruinæ
Innocui pueri, deſperandumq. decorè
Expleri per ſe ſua vota, in prælia cogit,
Vt caderet victus ſcelerati germinis armis.
Non tamen euentus res eſt ſortita cupitos,
Impia nec Regis vicit ſententia Numen,
Quòd cuperet iuuenem claris extendere factis,
Ac ſublime viri ſuper æthera tollere ſemen.
Ergo Palæſtinæ vario certamine gentis
Victor erat, virtute Saul cùm victus eadem
Coniugium Merobæ ſub belli ſorte ſpopondit:
Tu gener, inquit, eris meus, & connubia natæ
Parta meæ teneas, ſi funere perdere centum
Hoſtili è numero dabitur, ſoceroq. Dauidis
Deportare mihi poteris donanda futuro
Præputia, atque animos inimico explere cruore.
Ocyus abſcedit iuncto Dauid agmine ſecum,
Inuaditq. hoſtes, interfectisq. potitur
Quæſita præda, ac Regi numeranda reportat
Præputia, ipſorum bis centum ex hoſte reciſis.
Obſtupuit Rex ipſe Saul, iuuenisq. viciſſim
Conſilia, & caſus cœpit metuiſſe Dauidis.
Nec

Nec tamẽ aut dignus Merobæ ſponſalibus idem
Inde fuit, fierive eſt paſſa proteruia Regis.
At Dauid expetijt Michol, Merobæq. ſororem,
Quam tandem optatam ſibi per connubia iũxit.
Nec verò Saul inuidia ſic deſtitit vti,
Aut odium mentis potuit, pectusq. malignum
Exuere; at potius væſana inſania creuit.
Ergo ſuos famulos clam corrupiſſe laborat,
Occidiſſe parat fallaci corde Dauidem.
Iniuſtum Regis Dauid, hoſtilemq. furorem
Agnouit, Ionathamq., vt ſe permittat abire
Obſecrat, ille patrem, obiecta virtute Dauidis
Conciliat, reuocatq. animum ad meliora vagantem.
Sic Dauid abſceſſus moderata mente Saulis
Diſtulit, ac mores tenuit, curſusq. priores;
Sed non paſſa æquis oculis requieſcere dudum
Nequitia inſontem. Nã poſtquã in prælia rurſus
Abſceſſit, victorq. fuit, famamq. per vrbes
Obtinuit circa poſitas, impulſus eadem
Qua prius inuidia, vitioq. necare ſubaudet
Immeritum iuuenẽ: Saul ergo immittit in ædes,
Qui noctu caperent plures: hunc cautior altis
Occultè Michol demiſit in ima feneſtris.
Soſpes is euaſit longè, patremq. Saulem
Interea veri deluſit imagine Michol,
Obijciens formam ſolùm, ac ſimulachra mariti.
Ecce autem affertur Ramam petijſſe Dauidem:
Mittitur hùc etiam ſcelerata mente ſatelles;
At moti in meliora animi, nec ſæpius illò
Miſſus adhùc auſus potuit complere nefandos.
Ergo adit ipſe locum Saul, vt cepiſſe Dauidem
Poſſit, & ardenti curaq. metuq. leuari;
Sed verò nequicquam animis certatur iniquis,

Digitized by Google

Et fruſtrà ſupero cupias obſtare fauori:
Ipſe Saul nudus cecinit mœrore ſoluto,
Vt Ramæ tetigit fines, Samuelis & ædes:
Inde ſed ad Ionatham Dauid aufugiſſe refertur,
Ob patris iniuſtos, obfirmatosq. furores.
Ergo ſollicitus fuit explorare Saulis
Tandē animos Ionathas, imosq. exquirere ſenſus.
Expertus retulit certo iunxiſſe furori
Mentem infelicem, nec poſſe auellere pectus.
Namque vbi conſedere epulis de more paratis,
Nec Dauid inter eos conuiua aſtare repertus,
Ira arſit Saul, ac Ionatham voce increpat vltrò,
Qui raperet iuuenē, atque enixius vſque foueret.
Abſtractum ſocium Ionathas, agroq. latentem
Admonet, haudquaquam ſe fidere poſſe parenti:
Aufugias, inquit, pacti non immemor eſto.
His dictis lachrimæ exortæ, latèq. profuſæ
Rigauere genas, & iam oſcula multa viciſſim
Inter ſe figunt fraterno prorſus amore
Compulſi, ac triſtes digreſſibus ambo ſupremis.
Iamq. Dauid celeriq. fuga, curſuq. tenebat
Nocte vrbem, Achimelech vbi cuſtodire ſolebat
Sancta Domus Domini: cùm conueniſſet eundē.
Ambiguo alloquitur ſacrum ſermone leuitam,
Se Regis iuſſis validè impellentibus illùc
Aduenisse docet, nec ſe potuiſſe coactum
Imperio rebus ſibi proſpexiſſe parandis:
Propterea armorum ſeſe eſſe, ac panis egentem,
Succurrat, ſi qua poſſit ratione precanti.
Neſcius is rerum Regis, caſusq. futuri,
Propoſitos Domino panes, enſemq. gygantis
Quondam opibus proprijs occiſi, ibi fortè relictū
Incautè tradit. Nam poſtquam conſcius huius
Effectus Saul ipſe fuit, referente Doeppo,
Quos

Digitized by Google

Quos Nobi reperit, cunctos Saul enſe peremit.
Audijt iſta Dauid, metuensq. Gethæa receſſit
In Regna ad Regem, qui mox ſimulare coactus
Stultitiam in ſyluam profugus traiecit Odollã.
Conuenere inopes ſecum, dubiamq. ſequuti
Sunt ſortem, princepsq Dauid fuit inter eoſdẽ.
Abiathar Achimelech, qui Nobi euaſerat vnus
Transfuga ſucceſſit, qui conſuluiſſe ſolebat
Pro ſocijs Dominum, ac rerum reſponſa referre.
Interea genitor ne quid pateretur iniquum
Nequitia Regis, de Bethlem in tuta reportat
Regna Moab, Regiq. Moab commendat Ieſſe,
Vxoremq., domumq. omnem, & chariſſima rerũ.
Ecce Palæſtini Ceilam oppugnare frequentant,
Deſtructuri vrbem, ſi quis ſuccurrere ceſſet.
Conſuluere Deum, quos exhortatus in arma eſt
Seruatura ſuos, deſolatura ſceleſtos.
Accedunt Ceilam, debellatosq. repellunt
Inde Palæſtinos, nulla cum cæde ſuorum.
Parta ſalus Ceilæ, ſed non eſt parta Dauidi
Tuta quies. Namq. auditis ſucceſſibus, ira
Commotus Saul eſt, atque ardua bella minatus
Præparat arma ferox, obduratusq. reſiſtit
Conſilijs Domini, rerumq. inuertere curſum
Incaſſum ſtudet, atque nouum deperdere Regẽ.
Sed mage tuta Dauid, quò ſic ſecurior eſſet,
Antra petit celeri greſſu, ſaltusq. Ziph eos.
Interea Ionathas, cùm conceſſiſſet in antrum,
Alloquitur Dauid, & conſtanti ferre labores
Pectore contendit, nec ſeſe, animosve viriles
Deijciat, ſuadet, Rex inde futurus Iudæ
Certus, & vnanimem ſeruet pro fœdere mẽtem.
Mox Saul inſequitur Dauid impellente Ziphæo
Incola: at ille Maon profugus latitauit in antris.

Nun-

Digitized by Google

Nuncius hos dirimit, Regemq. abſcedere cogit.
Namque Palæſtinis contrà ſuccedere viſis,
Rex Saul abſceſſit debellaturus eoſdem.
At Dauid, & ſocij tutiſſima quæque locorum
Engaddi tenuit, quò Rex deſiſteret olim
Perſequi, & optata ſineret ſe pace teneri.
Sed verò nimium Regem in diſcrimina pellunt
Cœca odia, inſanoſq. animos vrgere frequentant.
Namque Palæſtinos poſtquã Saul ipſe fugauit,
Ad conſueta redit, tentatq. Dauide potiri.
Ergo Saul cùm forte aluum purgare ſub antrũ
Ceſſiſſet, chlamydem Regis Dauid abſcidit, illic
Supoſitam aduertens, at nil nociturus eidem;
Inde abijſſe orſum; reuocat poſt terga Saulem,
Inclamans, Quid perſequeris vehemẽtius, inquit,
Me tibi nequaquam molitum iniuſta viciſſim?
Aſpicito chlamydem, quæ me non monſtrat iniquum;
Sic mihi te facile modo transfodiſſe licebat.
Quid contrà præbes te compellentibus aures?
Inter vtrumque Deus, qui res dijudicat æquè,
Iudicet, ac meritos iuſto concedat honores.
Talia iactanti cùm cognouiſſet eundem,
Dat reſponſa Saul, Memet tu viuere paſſus?
Sic interceptum? ſic pertractaueris hoſtem?
Vt planè incolumem dimiſeris? Ergo Saulis
Sic domui faxis, poſtquam conceſſero fatis,
Ac ſibi te populus Regem decreuerit eſſe:
Sic ſponde, ac iura, quò ſpes mihi certior adſit.
Iuſſa Dauid fecit: poſt hæc Saul inde receſſit.
Cedit idem fatis Samuel ſub tempus iniquis,
Ac moritur, latè cunctis cùm flebilis eſſet,
Et cuncti flerent propter virtutis honorem.

Car-

Carmelo in ſaltu vir quidam nomine Nabal
Millia nutribat pecudum complura ſuarum ,
Moribus ipſe ferox, ac pleno corde malignus .
Forte illic tondebat oues, ac lætior eſcis
Cœperat ire dies,cùm latè conſcius hourm
Ipſe Dauid, quem ſumma vrgebat egentia rerũ ,
Pro ſe, proq ſuis ſocijs petijſſe refertur ,
Immiſſis tenuem ſemel oratoribus eſcam .
Durus at ille animi gazis inhiare paratis
Perſiſtit, quæſita negat, vacuosq. repellit ,
Iurgiaq. admiſcet,conuicia plurima iactans.
Vt Dauid exceptos famulos,ac vota precantum
Senſit inhumanè, præcinctis enſibus illùc
Aduentaſſe parat, læthoq. dediſſe ſuperbum.
Abigail Nabal præſenſerat omnia coniux ,
Acceleratq. gradus, epulasq. aſſumpſit abundè,
Obuiaq. occurrit contrà accedentibus vltrò.
Feſtina mulier, defer præſagia dotis ,
Ac placitis inopina tuis connubia funda .
In media Dauid ecce via, ſocijq. reſiſtunt ,
Deponunt iras , commendatamq. remittunt
Abigail,ſumptis , quas ſecum aduexerat eſcis .
Ipſa domum repetit,quę poſtquam epota maritũ
Digeſſiſſe videt vina, & cognoſcere ſenſu ,
Edocet inſtantis ſemota pericula caſus .
Iam ſtupet acceptis Nabal ſucceſſibus iſtis ,
Ac velut è ſomno euigilans, immobilis hæret ,
Occidit & vita,fatis cedente ſupremis .
Audit Ieſſides , exploratumq. viciſſim
Coniugium petit Abigail , facilèq. potitur ,
Quæ prius, ac ſecum poſſederat omnia Nabal.
Rex iterum in Dauid arma mouet , ſaltusq. *Zi-*
pheos
Cuſtodit cautè,quò nuſquam euadere poſſet .

For-

Forte quieſcente noctu Dauid Hachila circum
Obuius occurrit tacitè, reperitq. ſopore
Cum ſocijs preſſum, non aduertentibus vllis.
Ergo furatus ciathumq., haſtamq. Sauli
Signa rei, vitæ Regis, comitumq. pepercit,
Abiſai exhortante hoſtes extinguere ferro.
Eminus inde duos, Regemq., Abnerq. vocauit,
Militiæ caput; atque Abner reprehendit acerbè,
Quòd male commiſſum ſibi cuſtodiſſet amicum,
Ac ſe pro Rege incautè geſſiſſet in ijſdem:
Accedant, referantq. ſui noua pignora amoris,
Iuſtitiæq. ſimul, nec quid tentaſſe malorum
Agnoſcant ſeſe, nil velle nocere timenti.
Euigilat ſomno Saul, auditumq. Dauſdem
Hortatur, ne quid poſthac metuiſſe laboret:
Pignoribusq. ſuis præceps abit inde receptis.
At Dauid experto renuit fidaſſe Sauli,
Ac timet inſidias, vbi vis non ſufficit hoſtis.
Ergo Palæſtinos decernit adire receſſus,
Ac Regem ſupplex Achis tentare precando,
Ne ſe reijciat patria de ſede repulſum;
Non fore non fidum Regi, Regisq. miniſtris:
Experiare, inquit, fidei Rex pignora noſtræ;
Perfacilè videas correſpondere patrandis
Verba meis, fideiq. tibi me ſigna daturum.
Rex Achis Siceleg permittit habere Dauidem
Pro ſe, pro ſocijs, ac fœmineo comitatu.
Sexcenti ſubiere viri ceſſà oppida ſecum,
Ac Siceleg coluere domos, finesq. Gethæos:
Sic Saul eiectum vix deſtitit inſectari.
Securus Dauid interea feritate Saulis
Inſurgit, varias contra felicius vrbes,
Direptaſq. aſportat opes, ac plurima Regi
Dona Achis; lateq. domos incendia vaſtant.

Nuſ-

Nuſquam vitæ hominum Dauid, exitiove pepercit,
Ne contrà teſtes coram primoribus eſſent
Seruati, ac parerent ſibi pro bonitate dolorem.
Ecce inter Regemq. Achis, Regemq. Saulem
Inſtruitur bellum: nec quamuis exterus eſſet,
Aduerſæq. Dauid ſtirpis, ſecum ire recuſat
Hunc Achis, magnâq. viri ſpem ponit in armis:
At verò proceres turmæ, atque exercitus obſtãt:
Cùmq. propinquaſſent caſtris hoſtilibus, vrgent
Retroferre gradus, ac præſtolarier vnà
Cum ſocijs belli finem, euentumq. futurum
Decreta in patria, Siceleg q. reuiſere terras,
Nõ conferre manus ſimul, aut ſocia arma parare,
Ne fluat in propriam communio cœpta ruinam.
Sic Dauid, ac ſocij Siceleg rediere receptus
Dimiſſi, fatis penitus melioribus vſi;
Seu quòd in agnatas non ſurrexere cohortes,
Seu quòd de Siceleg ſe ſunt raptoribus vlti.
Namq. vbi peruenere illùc, & cognitus auſus
Eſt Amalech, plenèq. excurſibus hoſtis, & ignis
Ardori patuiſſe vrbem, abreptasq ſuarum
Delicias rerum, longè, latèq. ſequuti
Cum lachrymis Amalech intercepere palantem,
Securumq. viæ, patiendorumq. malorum.
Non ſic montanus rupto fluit obijce torrens,
Nec ſic demiſſus ſupero volat æthere turbo,
Quàm ſubito campis intercurrére, repertis
Hoſtibus, Æthiope aſſumpto, qui fortè relictus
In curſu fuerat ſecum ductore viarum:
Præcipites reuocare animos in prælia tentant,
Et iam terrifico diſcerpunt enſe cohortes
Hoſtiles, partimq. fugant ſæua arma timentem;
Ac celeri curſu ſibi conſuluiſſe parantem.

E Ergo

Ergo mulieribusq. ſuis, opibusq. receptis,
Congeſtisq. alibi gazis, vnaq. relictis
Ad Siceleg retulere gradum, ſinesq. Gethæos,
Muneribus notis, atque auxiliaribus auctis.
Viribus interea iam cominùs vtraque totis
Concurrére phalanx Achis, pariterq. Saulis:
Conſuluitq. Saul Dominum, poſtquam agmina vidit
Aduerſo collecta ſinu, contraq. paratos
Hoſtes: nam metuit. ſed reſponſare negauit
Omnipotens, Regis crudelia geſta peroſus.
Ergo pythoniſſas, paulò quas ante necarat,
Quæritat in peius facilè deſcendere certus.
Audijt eſſe Endor quandam: non diſtulit illuc
Ire, ſibi iunctis mutata veſte duobus.
Hùc vbi peruenit, de belli ſorte requirit,
Quã reperit, ſecumq. quid æſtimet affore poſcit.
Extemplò mulier nouit Samuelis in vmbris
De cæco regno extractis ibi adeſſe Saulem.
Hunc docuit Samuel ardentes numinis iras,
Succeſſùsq. omnes inſtantis Ielboe belli.
Cràs, inquit, natiq. tui, tuq. ipſe ſub armis
Extinguére Saul, quoniam contempſeris æquũ:
Ceſſa ſalus Amalech, tua maxima facta ruina eſt.
Dixit, & in ſortem redijt mens illa ſequeſtram.
His Saul acceptis, ac facti conſcius omnis,
Soluitur in curas triſtes; caſusq. recenſet
Extremos animo ſecum, dubiusq. volutat
Has quibus vrgetur pœnas, atque anxius hæret.
Ergo vix tandem recreatis artubus eſca,
Accelerat lectas extemplò inuiſere turmas;
Inſtructasq. acies vbi primùm acceſſit Ielbo
Fatalem in montem, decurrere in arma coegit,
Ac patrias ſecum defendere fortius arces,
Si

Si quà fortè detur perrumpere fata futuri,
Ac rerum obſcuros fixarum inuertere curſus.
Sed verò incaſſum: nã poſtquam in prælia miles
Deſcendit ſtudijs æquis, at prorſus iniquis
Viribus ipſe Saul cecidit; natiq. perempti,
Luce vna periere ſimul, piaq. agmina ſecum.
Præcidére caput Regi, ac Regalibus hoſtes,
Ac feſtos iniere dies, circaq. reciſum
Oſtentaturi buſtum miſére per vrbes;
Denique ſuſpenſum Bethſam: amouere virorum
Hortati ſemet, ne dedecus illud ineſſet
Præfortes Galaad, raptumq. dedere ſepulchris,
Ac pariter ſeptem ieiunauere diebus,
Seu propter quondam commiſſa piacula Regis,
Siue ob mœrorem, quem præ ſe ferre volebant.
Ecce autem redeunti Amalech de cæde, Dauidi
Quidam Amalecites defert diadema Saulis;
Is, dona iſta tuis ex hoſtibus accipe, dixit,
Inuiſum tibi confecit mea dextera Regem.
Nam cum veniſſem perſcrutaturus Ielbo
Res belli, caſu quodam vidiſſe iacentem
Contigit: hic ferro, quò ſe configere vellem
Me rogat; & feci: ſignum diademata ſunto.
Certior ergo Dauid factus de morte Saulis,
Et caſu Tribuum, externumq. hæc ipſa ferentem
Inflexiſſe ſacro læthalia vulnera Regi,
Protinus vltricem conſurgere fecit in haſtam
Lictorem, occidiq. hominem præcepit eundem.
Paruit is dictis, cæſumq. obtruncat iniquum.
Exoritur fletus cum fœmineo vlulatu,
Lamentante ſuper Ionatha, Tribubusq. reciſis.
Aſt vbi mœrores nimius deferbuit ardor,
Conſuluere Deum, quid facto opus eſſe referret:
Ille exhortatur Iudæ conſcendere in vrbes,

Atque Hebron ſtatui primi cunabula Regni.
Ergo deligitur Iuda Dauid, Isboſeth Abner
Præficit vndenis Tribubus, Regemq; creauit.
Interea accenſis inter ſe mentibus, vnà
Conuenere Tribus omnes contrà agmina Iudæ,
Certatumq. fuit: ſed vincere viſus Iuda
Sæpius, aduerſas & debellare phalanges.
Isboſeth aggreſſum verbis ecce incitat Abner:
Ille coit cum Rege Dauid ſuperaddere Regno
Regna Saulidis: perfeciſſetq. ſeueri
Conſilij vota ampla ſui, niſi proditus eſſet
Arte, doloq. Ioab, per quem reuocatus amicè
Cōfoſſus tandem cecidit reſupinus ad Hebron;
Siue quòd in fratrem peccaſſe videret eundem,
Siue quòd ambire proprios cenſeret honores.
Fortè domi recubans æſtiuo tempore ſomno
Isboſeth oppreſſus fuerat, geminiq. ſub ædes
Intrauiſſe aſtu fratres de ſemine Remmon,
Atque ſoporatum Regem obtruncaſſe feruntur:
Inde cito greſſu ſedes petiere Dauidis,
Verè inimica ſibi, ſed non ſibi grata ferentes
Dona, quòd occiſus non belli iure fuiſſet.
Ergo Dauid iuſſit perferre piacula ſontes,
Ac ſcelere obſtrictos crudelia fata ſubire.
Exequitur ſubitò Regis præcepta ſatelles,
Atque vtrumque ferit ſtricto mucrone latronem,
Audiuère Tribus percuſſum corpora ferro
Isboſeth. Ergo omnes pariter venere ſub Hebrō,
Facturæ Regem variata ſorte Dauidem.
Poſtquam introgreſſi, & corā data copia fandi,
Miſſi Oratores, tali ſunt voce loquuti,
Salue Rex hominū, Superum cura inclyta ſalue,
Quem varijs tandem perfunctum caſibus orbis
Cernimus incolumem poſt hæc diſcrimina rerū;
Fe-

Felices, fauſtosq. dies tibi adeſſe precamur,
Iure ſatis poſthàc, & cæli munere lætos.
Venimus hùc pariter multis ex vrbibus acti,
Et fama rerum, geſtorum ac laude tuorum
Sub iuga tàm Regni, quàm legũ optata fluentes.
Te Deus elegit Regem, legesq. Dauidis
Deſtinat eſſe ratas, exurgentisq. per æuum
Seminis, vt nullo mutari tempore poſſit.
Nõ noſtro ingenio, nec noſtris ſumpſimus arma
Conſilijs; planè ſed decertare coacti,
Seu te, ſiue tuas quondam impugnauimus arces.
Ergo nè dubita fidei committere noſtræ
Teq., tuumq. caput, nobiſcum fœdera iunge,
Ac tutare viros famulantum more ſequutos.
Namq. Palæſtinos, & quos circa eſſe videmus
Aduerſos populos, olim virtute domandos
Credimus, auſpicijsq. tuis, fatisq. tuorum.
His reſponſa dedit, rerumq. oblata recepit,
Et grates egit; defenſoremq. futurum
Semet pollicitus, verbisq., ciboq. refectos
Planè dimittit, numenq. in fœdera poſcit.

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER OCTAVVS.

REx vbi ſe latè Dominum
prospexit ab Hebron,
Ac tanto Regno condignam
protinus vrbem
Deeſſe ſibi, Regniq. caput,
quod Regia dici
Aſſolet; in Solymæ defixit
vertice mentem.
Fortè ibi Iebuſæus adhùc erat, & ſua cautè
Clauſtra tuebatur, certus non cedere terras
Cuiquam inſultanti, contrariaq. arma mouenti:
At Dauid audaces in fortia geſta virorum
Extimulat ſenſus, exhortaturq. viciſſim,
Præmia proponens expugnatoribus vrbis:
Militiæ ille, inquit, princeps, qui primus in arcẽ,
Aut enſe, aut iaculo feriens aſcenderit, eſto.
Ecce Ioab vitæ non antè inglorius actæ
Emicat ante alios, oppugnatoq. potitur
Præſidio, nullis conterritus hoſtis ab armis.
Fortè Palæſtini conſurgere rurſus in arma
Sunt auſi, latè vaſtato fine locorum:
At Dauid inſtructo iam territat agmine fuſos

Sæ-

Sæpius inuadens, perturbatoſq. repellit,
Cedere cōpellens, patriaſq. recurrere in vrbes.
Mox vbi compoſuit fines, circaq. iacentes
Ceſſauere malis, ac deſueuere moleſtos
Contra armare globos, requieſq. vbi parta ſuorum eſt;
Cōuenit in proprios Arcam aſportare receptus:
Rex etenim Tyrius percepta ſorte Dauidis
Cedrina ligna duci dederat, rerumq. magiſtros,
Qui ſtruerent Solymæ claras habitabiles arces;
Ac ſteterant ædes, ac Regia fulſerat auro.
Ergo Tribus abeunt Gabaon, lectiq. Leuitæ,
Diuinum in lectas pignus traducere terras:
Increpuere lyra comites, fidibuſq. canoris,
Ac feſtos celebrare dies, ac tempora norunt:
Ipſe Dauid geſtire vnà, ac duxiſſe choreas
Coram Arca, multiſq. leuis per gaudia viſus.
Dic mihi Muſa, rei quidnam proſtrauerit Ozā,
Vt poſſet luctus intermiſcere nefandos?
Cùm traherent arcam, declinauiſſe repertæ
Plauſtra boues, & viſa loco fuit Arca moueri,
Ac ruere in faciem: quæ, ne quid ferret iniquū,
Extendit dextram, ſubitoq. coercuit Oza.
Sed quia ſollicitus temerè pro talibus auſis,
Ne foret impunis, duraſve euaderet iras,
Neve quis humanis Diuina putaret egere
Auxilijs, Superos ceu non ſatis eſſe fauores;
Corripitur fatis, ac funere mergitur atro,
Impoſitumq. loco eſt, Ozæ percuſſio nomen.
Ergo pertimuit Dauid, ac diuertere iuſſit
Arcam aliò, proprias at poſteà vexit in ædes,
Hoſpitibus quoniā Dominus benefecerat arcæ.
Intereà cunctis ex hoſtibus vndique parta
Pace, Dauid Nathan vocat, alloquiturq. ꝓphetā,

Dedecet æterni ſacratam fœderis Arcam,
Sub rudibus tectis, ſub pellibus eſſe ſagatis,
Me verò è cedro ſtructos habitare receptus.
Ergò templa mihi Supero condigna Tonanti
Conficere eſt animus, pietatis & addere calcar
Gentibus, vt potius venerabile Numen adorent.
Ille ſub hæc reſponſa Dei retuliſſe refertur:
Æqua ſubeſt tibi cura, & dignos concipis actus,
Magna, ſed humani perfuſio ſanguinis obſtat:
Ex te naſcetur proles placidiſſima terris,
Cui dabitur Supero templum ſacraſſe parenti:
Non illi metæ rerum, neque tempora ſunto,
Imperium ſine fine datur, natisq. per æuum.
Tu modò digna para, quò vota ſubinde ſecũdet.
Rex ait, Indignum cui ſint hæc dicta fatebor
Memet, qui pecudes paui de more paternas,
Ac potui ventrem tenues implere per eſcas:
Interea grates agit, ac ne munera fruſtrà
Credantur promiſſa ſibi, parere laborat.
His ita compoſitis, conſummatisq. diebus,
Bella mouet rurſus Dauid, atq. interficit hoſtes
Vndique ſurgentes, ſubigitq. per arma fugatos:
Namq. Palæſtinos domuit, Syriamq. Damaſci,
Edomq., atque Amalech, Ammon, ac thura ferentem
Sobna, Moabq., omnesq. ſibi ſeruire coegit,
Incaſſum obſtantes: nam fortunare Tonanti
Per rerum euentus, ac geſta ſecunda Dauidem,
Incolumemq. inter belli ſeruare furores
Eſt placitum; nulloſq. pati per vulnera caſus.
Miphiboſeth Ionatha genitus, famulusq. Saulis
Siba fuit: Dauid ecce initi non immemor ante
Fœderis, vtrumque acceſit, tùm prædia quondã
Quæ Ionathæ fuerant, puero conceſſit habenda:
At

At curanda dedit Sibæ, quò frugibus vſus
Ipſum aleret lautè Dominũ, Dominiq. miniſtros.
Denique Miphiboſeth menſa dignatur eadem.
Fortè pedes is claudus erat: nã territa quondam
Cum fugeret nutrix caſu concuſſa ſuorum
Miphiboſeth lapſus, pedibusq. affectus iniquè eſt.
Ammonitarum Regi ſucceſſerat Hammon:
Miſerat ergo Dauid defuncto patre frequentes
Olli Oratores, qui ſolarentur eundem,
Mitius humanos caſus & ferre docerent.
Ecce Naaſides vbi ſenſit dicta virorum,
Conſilium capit inſulſum, Regemq. Dauidem
Irritat facto. namq. Oratoribus auſus
Dimidium barbæ, veſtisq. eradere ad ima;
Gentis in opprobrium, aſt in funera ſæua ſuorũ.
Rex Dauid hęc animis nequaquã pertulit ęquis:
Irruit in populos inito certamine ſecum,
Contraq. arma mouet; concurrentesq. fugatos
Non ſine cæde Ammon, atq. empti militis auro,
Reppulit, ac totis ea diſſipat agmina terris.
Sic victi ceſſere malis, belloq. frequenti
Hoſtes victoris frænum accepere ſubacti.
Luce Dauid media celſa conſpexit ab arce
Bethſabeam ſubiecta ſuper conuexa domorum,
Sponſo Vriæ nuptam, incautè ſua membra lauantem.
Ergo per famulos poſtquam accerſiuit eandem,
Oblitus recti, cœcaq. cupidine raptus,
Turpis adulterij ſumpſitq., ac præbuit eſcas.
Cognita concepit mulier: fit conſcius huius
Rex Dauid, inde virũ reuocat fera bella fouentẽ
In caſtris contra Rabbath: dimittitur ædes
Ebrius in proprias, vbi bella recenſuit Ammon.
Sed non nequitiæ poſſunt ſatis eſſe colores,

Actus ſi cupiat numen reſerare nefandos.
Inſcius eſt Vrias ſceleris, tutatur eundem
Simplicitas, bonitasq. ſimul cum crimine certāt.
Poſtquam obduratis animis perſtare maritum
Bethſabeæ Dauid agnouit; quò dedecus à ſe
Arceat, in præceps iterum obcæcata voluntas
Fertur, & immeritum crudeli funere perdit.
Infelici Vriæ læthalis epiſtola tandem
Obſignata datur Ioab aſportanda viciſſim.
Imperat illa virum Rabbath ſub mœnibus vrbis,
Difficiliq. loco ſubdi, quò certus obiret.
Exequitur præcepta Ioab: ſubiere frequentes
Oppugnaturi præfortia mœnia Rabbath,
Difficiles aditus vrbis tentare coactus;
Ac cecidit, pariterq. alij cecidere cohortis,
Vrbs tamen hæc tandem, repetita per arma ſubacta eſt.
Vxori res iſta ſuæ, Regiq. refertur,
Iunctaq. connubio eſt expleto tempore luctus
Ac peperit, qui mox raptus vitalibus auris
Occubuit curſu fatorum vrgente ſiniſtro,
Ac datus eſt læthо non exorantibus vllis.
Effuſis Dominum precibus, fletuq; perenni.
Ecce autem Regem aggreditur per ſymbola Nathan,
Et cauſſam proponit ouis, ſeu diuitis aſtu
Ereptæ ex tenui, ſeu vi maiore virorum:
Ipſe ſui Iudex ſeſe ſub diuite damnat,
Ac precij ſtatuit reddi debere quadruplum.
Ergo ſubit Nathan, triſtes denuncio caſus,
Turpiter erraſti, tùm quod vitiaris iniquè
Vxorem alterius, tùm quòd pro crimine crimen
Occultando, aliud longè ſceleratius actum eſt.
Ipſe ego te pecudum paſtorem in regna vocaui,
In-

Infregiq. feri Regis conſtantius auſus
Pro te, inquit Rector Superũ, & maiora dediſsẽ,
Quàm dederim, tua ſi petijſſet egentia rerum:
Cur ergo vetitos potuiſti rumpere nexus,
Et nixus tentare malum, ac perfringere legem?
Ipſe vices vltoris agam, & curabo rependi
Condignam ſcelerum pœnam, cladem q. tuorũ.
Rex ait, haud grauiter me peccauiſſe negabo,
Seu turpes ſimulaſſe animos, tumidosq. furores:
At ſperare tamen lubet, ac confidere rebus.
Cùm longè ſuperet bonitas peccantia dirè
Pectora, & humanis iuuet indulgere Tonantem,
Contractasq. hominum latè detergere ſordes,
Si modò pœniteat noxarum quemq. ſuarum.
Viciſti Numen miſereſcere ſæpè paratum,
Ille refert, fidens animis, Dominoq. benigno:
Culpa loco mota eſt, licet expurgare neceſſe
Sit ſcelus indignum, ac duros ſubijſſe labores.
Poſtea de veſtra naſcetur origine germen,
Quo nullum in terris fuerit ſapientius vnquam,
Dilectum Superis ex omni parte beandum:
Dicetur Salomon, eadem hęc tua ſceptra tenebit.
His ergo recreata fuit mens anxia dictis.
Filia Regis erat virgo pulcherrima Thamar,
Ammon illa ſoror, ſed non de matre, ſororq.
Abſalis illa fuit, verùm ex vtroque parentum:
Huius amore graui correptus turpiter Ammon
Dicitur, atque ægros ſimulaſſe ſceleſtius artus.
Ergo Dauid iuuenẽ inuiſit, quẽ poſtulat Ammõ.
Thamar, vt illa ſibi paret opportuna ciborum;
Exorat patrem, Thamarq. accedit ad ædes
Accerſita patris iuſſu, curatq. iacentem,
Ionadab edoctum malè perſuadentis amici
Conſilijs, mox arreptam qui Thamar iniquè

Compreſſit mœrẽtem animis, fruſtraq. dolentẽ;
Ædibus inde fugat, cœpitq. odiſſe ſororem,
Cuius ob indignos paulò ante arſiſſet amores.
Intereà Thamar vitiata pudore perenni,
Flebilibusq. modis, ac planctibus æthera cõplet,
Lamentata ſuas ſortes, fratremq. nefandum.
Rex tulit hoc ægrè, longè tamen ægrius vnus
Abſalis, at neuter viſus doluiſſe dolentem:
Non Dauid indulgens nato; non Abſalis, vt nè
Non ſua ſecuro non exiſtente ſequatur
Vltio, & impediat malè demonſtrata patrandũ
Ira ſcelus, fratrĩsq. necem, ardentemq. furorem.
Iãq. ſuas tondebat oues poſt tẽpora, & Ammon,
Fratresq. abduxit lauta ad conuiuia ſecum,
Diſſimulans iras, duros & corde dolores.
Dumq. ijdem ſecuri eſcas celebrare frequentãt,
Sollicitè famulos eſt exhortatus in Ammon,
Vt caderet miſerè gladio confoſſus & haſta:
Et cecidit, nullo contrà obſiſtente ſub auras.
Abſalis inde volat Geſſur, quò tutior eſſet.
At Dauid effectus per nuncia certior Ammon
Interitu, mœrere animis, ac pectore cœpit,
Inſequiturq. pari ſtudio veſtigia nati
Abſalis, ac victus vix denique tempore ceſſit.
Ab Ioab interea mulier Thecuitis adiuit
Pro nato exorans profugo per ſymbola Regem,
Ac veniam obtinuit; reuocatus & Abſalis vrbem
In Solymam redijt: ſed non eſt paſſus eundem
Rex coràm. ille igitur poſt tẽpora multa peroſus
Auerſos animos patris Ioab aduocat, vt ſe
Concilict ſecum, ac duriſſima pectora Regis
Molliat: is primò renuit; mox frugibus igne
Abſalis ad iuſſum abſumptis, ſtudiumq. voraci
Exoratus adit, Regemq. retorquet ab ira.

Sic

Sic veræ ſignum pacis dedit oſcula nato.
Ignaræ mentes, quæ ſæpè fouemus inanes
Spes noſtras, & damna ſimul, noſtroſq. labores.
Quanti Rex emeret ſecum ſeruaſſe rigorem
Poſteà, & inſidias cauiſſe tenacius omnes.
Abſalis vt vidit ſibi non obſtare parentem,
Conuerſoſq. in ſeſe animos tandem eſſe, Dauidis
Tutius in Regno rebus ſtuduiſſe nouandis,
Altaq. moliri longè feruentius audet.
Ergo equites, curruſq. ſibi coniungit apertè,
Ac ſeſe armatis ſtipatum oſtentat in vrbe,
Terror vt aduerſis, ſpes certa fouentibus eſſet;
Aucupioq. Tribus mercatur, & excitat aſtu
In quaſcunque volet facilè conuertere partes.
Dum cauſſas agitare foro contingit eaſdem,
Ipſe ego iudicijs multò vigilantior, inquit,
Ac breuior fuero: me ius dicente ſequetur
Pax, & iuſtitiæ bonitas, ac præmia recti,
Firmaq. ſollicito manans è pectore cura,
Si quando liceat Regni diademate fungi.
Fictis ergo animis Solyma deceſſit ab vrbe,
Vt peteret Gabaon, cœtu comitante frequenti,
Vota ſui reditus ſimulans, de Geſſur in vrbem;
Hic coniuratos cœpit depromere ſenſus,
Inſinuatq. animis ſe concurrentis in vnum
Paulatim populi; ſegnemq. ad munera Regni
Incuſat patrem, ſeſeq. ad cuncta paratum
Edocet, ætatis, quouis & iure vocari.
Agmina coguntur facili quæſita labore:
Achitophel quos inter adeſt maturior annis,
Cuius ob ingenium poſſet ſibi quærere Regnũ,
Si non conſilijs fata aduerſentur iniquis.
Audijt ecce Dauid collecta inimica virorum
Agmina, & in propriũ desũpta eſſe arma parẽtẽ:
De-

Deſtinat ergo fugam, Solymaq. recedit ab vrbe,
Trans Cedron, ſecũq. adhibet fortiſſima quondã
Corda virùm, quos ſeu pietas, ſeu recta voluntas
Pertraheret, nati ſiue indigniſſimus auſus.
Abſalis ingreditur Solymam, ſuaq. agmina ſecũ,
Achitophelq. vnà veniunt, cuſtode remoto:
Hic vbi de cura Regni totius initur
Conſilium, ac primùm de patre Dauide necãdo;
Fœdanturq. thori, quò deſperatior eſſet
Res patris: Chuſi, quem fortè remiſerat vrbi
Rex Dauid occultè pro Rege negocia tractans,
Achitophel frangit, qui iudicet illicò Regem
Millibus electis aliquot de gente premendum.
Prorogat ergo diem belli: namq. inquit, in ipſis
Agminibus patris fortiſſima quæq. virorum
Corpora ſunt, animiq. truces in bella ruentes:
Quod ſi conatu primo perterritus vnus
Terga è militibus ſua vertere cœperit hoſti,
Illicò deficient animis & corda ſequentum:
Sic inſperatis facilè ſucceſſibus aucta
Debilibus peritura cadent appenſa momentis.
Quin age, & innumeras tota de gente cohortes
Coge prius, profugũ quibus obrue poſtea patrẽ.
Conſilium Chuſi ſequitur collecta iuuentus:
Certior inde facit Chuſi per nuncia Regem,
Iordanem celeri greſſu qui traijcit amnem,
Arma timens populi, coniuratosq. rebelles.
At verò Achitophel, ſua quòd cõtempta fuiſſent
Conſilia, interijt laqueo ſuſpenſus acerbo.
Ad Dauid interea viſi concurrere plures,
Opportunarum quibus eſſet copia rerum,
Dona ſuo Regi, potumq., eſcasq. ferentes.
Iamq. ſuos Solyma caſus, ſortemq. ſequutos
Præſidium in longè tutum ſucceſſerat idem.
Iam

Digitized by Google

Iam benè munitas metuens intrauerat vrbes,
Cùm tumidus rebus lætis, placidèq. ſecundis
Abſalis armatas Solyma mouet vrbe phalanges,
In loca caſtrorum Galaad: ſtetit obuius illuc,
Inſtructamq. aciem concurrere in arma coegit:
Hoc vno infelix, quia ſic vexare parentem
Immeritum potuit, pariterq. extrudere Regno.
Heu quantos luctus genitor tuus Abſalis edet,
Audierit poſtquam temet cecidiſſe ſub armis,
O tu ſi teneros erga te noris amores
Patris, & impoſitam cunctis ex ordine legem,
Pro te, proq. tua, quam poſtulat ille ſalute;
Certè animum reuoces, certè obdurata volūtas
Flectatur, ſceptrumq. patri conceſſeris vltrò.
Ecce vnà inter ſe Tribuum coiere cohortes
Armatæ, cepitq. Tribus obliuio ſortis
Communis, patrisq. Abrahæ, legumq. piarum:
Frater fratrem odit, poſcitq. in funera fratrem,
Ac deſperatas acuunt in prælia mentes.
Iamq. Ioab ferro timidum fugat Abſalis agmen,
Ac victi retulere pedem, fuſiq. vagantur
Per campos, latè ſecum ſocia arma ſequuti.
Abſalis à mula, cui fortè inſederat, acri
Sub quercum aufugiens victus, paſſisq. capillis
Eiuſdem ramo per colla fluentibus hæſit.
Accipit iſta Ioab, ſumptis qui cominus haſtis
Viſcera caſuri, coſtasq. per Abſalis egit;
Inde ſuos reuocat, victorq. receptibus idem
Arma inter cecinit, debellauitq. rebelles,
Abſalis vt cecidit. tantùm referre videtur
Incolumes remanere duces, dum bella nouantur.
Defertur res iſta patri, tamen ecce rebelli
Pro nato luget, pariter cupit Abſalis æquè
Succeſſiſſe locis, ac triſti funere mergi.

In-

Interea populi ſe peccauiſſe fatentes,
Antiquum repetunt Dominum, Regemq. priorē.
Ecce autem vir Seba, Bochri qui filius eſſet
Iemineus, gentem reſcindere rurſus Abela
Abdūcens, vrbem ſtudet, atque auertere pacem.
Hunc Ioab inſequitur, circaq. oppugnat Abela
Sebanq. abſciſſum recipit: nam fœmina prudens
Occidiq. reum, ac patriam obſidione leuari
Obtinuit, bellumq. ſuo de fine repelli.
Quin Amaſam Ioab aduersū, quiq. Abſalis eſſet
Dux fautor, perimit ferro, perq. oſcula prodit,
Quod malè promeritos idē ſibi poſcat honores.
Dum Rex à populo Solymā reuocatur in vrbē,
Occurrit Semei ſupplex: hic namque fugatum
Vrbe, prius Regem verbis onerarat iniquis,
Puluereq., ac iactu lapidum de vertice montis,
Cum vada tranſiret, ſocium turbauerat agmen.
Ignoſcit Semei Dauid, inſperataq. nequam
Eſt homini conceſſa ſalus, iurataq. dextra.
Fortè & Miphiboſeth Regi occurriſſe refertur,
Excuſans ſemet, quòd non ſequeretur eundem
De Regno pulſum, nec ſit comitatus euntem:
Non, inquit potui, pedibus cùm debilis eſſem,
Agmina amica ſequi, aut Regis defēdere partes,
Nec tibi vera fuit contra me Siba loquutus,
Prædia vt obtineat, (dederat nam prædia Sibæ
Rex verbis quondam motus, curaq. fideli)
Nec modò te reduci fuerint mihi prædia curæ.
Cui Rex decreto, communio certa ſequatur,
Ac dicta ex æquo diuiſio prædia ſumat.
Abduxit pariter, nè fortè ingratior eſſet
Rex Berzellidem, qui ſeſe adiuuerat omni
Quondā ope, & in menſa ſecum ſtat diuite paſci.
Inde exorta fames populos vexarat abundè,
Con-

Conſuluitq. Dauid Dominũ;ac reſponſa ferũtur,
Sanguine turpaſtis terras Gabaone perempto,
Sanguine placandi Superi Gabaonis amore.
Ergo Saulidæ Regno quæruntur in ipſo,
Qui luerent pœnas, hoc depoſcente viciſſim
Ante offenſorum Gabaone è ſtirpe virorum.
Namque Saul zelo quondam percuſſit eoſdem:
Septemq. electos iuuenes ex omnibus altæ
Confixere cruci miſerè, cùm parceret vni
Rex fidi nato Ionathæ, quoniam ante dediſſet
Iuratam patri coniuncto fœdere dextram.
Sic parta eſt requies, ſic Numinis ira quieuit.
Ecce Palæſtini renouant fera bella minaces
Sæpius, & victi ſemper cecidere ſub armis.
Bella gygantæis ea clara fuere triumphis:
Quattuor ex Arapha vario certamine cæſi
Stirpe viri bellis finem impoſuere ſuperbis.
Tempore Ieſſæi Regis ſæua arma vigebant;
Tempora Ieſſæi Regis clariſſima geſtis,
Abiſai, Ionathæ, Adeodati, Sobochaique,
Viribus attriti quondam periere gygantes.
Cùmq. Dauid premeret Ieſbibenob enſe gygantẽ
Iam ſenior, virtus Regem defecit, & acer
Oppreſſiſſe gygas voluit: ſed fortior auſus
Abiſai indignos fregit, ſtrauitq. ſuperbum.
Rex octingentos vna vice perdidit hoſtes:
Hunc Ahonitides ſequitur, qui reppulit vnus
Multa Palæſtinæ contra ſtans millia gentis,
Et quæ viciſſent, penitus dare terga coegit,
Et quæ fugiſſent, ſecum vicere phalanges.
Agides bello ſimilis fuit vnus eidem,
Cùm ſteterit medio in campo propellere ferro
Victores, ſociosq. fuga reuocare paratus,
Tres pariter bello inſignes, clariq. triumphis,
Ca-

Caſtra Palæſtinæ gentis cùm multus obiret
Miles, aquas Bethlem cupido retulere Dauidi
Incolumes, quas ille tamen guſtaſſe refugit,
Agnoſcens properata trium diſcrimina fratrum,
Tercentum Abiſai ſemel interfecerat haſta,
Banaias ternos ferro occidiſſe leones
Dicitur, & virga ſæuum ſuperaſſe gygantem.
Excitat en Satan cognoſcere velle Dauidem
Menſuram populi, centenaq. millia gentis.
Inuitus Ioab exequitur, fruſtraq. repugnat,
Tandemq. obtinuit fieri ſententia Regis.
Ergò Gad inſtinctu ſupremi Regis eundem
Alloquitur, pœnaq. ſcelus docet eſſe luendum:
De tribus elige, ait, cupias quam pendere pœnā:
Siue famem, peſtemve pati, vel ab hoſte repelli,
Et fugere indignè gladio terrente ſub auras.
Eligitur peſtis: tota graſſatur in vrbe
Dira lues, populus diſcerpitur Alite cæſus.
Vatis ad imperium decernitur ara Tonanti;
Sacra Deo ferunt, ac peſtis funera ceſſant.

SA-

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER NONVS.

IAm ſenio confectus erat Dauid, & ſua latè
Corpora torpuerant perfuſo frigore membris,
Abiſag inuenta eſt virgo digniſſima Regi,
Pulchrior in toto quæ non fuit altera Regno:
Ipſa miniſtrabat Regi, Regemq. fouebat;
Nec, quanquam fouit, tamen vnquam eſt cognita Rege.
Certat Adonias Regni diademate fungi,
Armatos equites currusq. præire frequentes,
Vadentem quocumque iubet, ſecumq. morari.
Huic fauet, hunc ſequitur Ioab, Abiatharq. Sacerdos,
Pinguibus oblatis ineunt conuiuia ſecum:
Complures illùc & conuenere virorum,
Qui falſum patrio Regem de more ſalutent.
Bethſabeam interea matrem Salomonis adiuit,
Ac rerum ignaram vates monet illico Nathan:
Mox ex compoſito ad Regem, qui cóſcius horũ

Digitized by Google

Nondum erat effectus, veniunt,ac geſta receſent
Omnia Adoniæ, qui ſumere tentat habenas
Totius Regni, non concurrentibus vnà
Decretis patris, patri, Dominoq. rebellis:
Dilectiq. Deo Salomonis fata rependens,
Deſtinat hunc fieri Regem, ac declarat habendũ.
Illicò militiæ cum robore mittitur vltrò
Sadoc, Banaia,& Nathan comitante Gihona,
Fert puerum ſonipes: famuli præcepta faceſſunt:
Rex acclamatur Salomon. Auditus abundè
Clamor Adoniæ ſocios turbauit, & omnes
Obſtupuere animis perculſi pectora motu;
Inde fuga celeres abeunt diuerſa petentes.
Vnus Adonias ſacras accurrit ad aras,
Nec tamen vt metuit,gladio cõfoſſus,& haſta eſt:
Attamen vt vita functum videt eſſe Dauidem
Abiſag vxorem de Rege, ac matre repoſcit:
Ambiri ſic ille timens ſua Regna,necari
Iuſſit Adoniam, tanquam fauiſſet eidem
Abiathar eijcitur, duro Ioab enſe peremptus.
At profugo quondam qui patri illuſerit,Vrbi
Perpetuò addictus Semei: poſt tempora rerum
Mancipia eiuſdem in fines abiere Gethæos.
Immemor ecce ſui, lucri non immemor idem
In patriã abducit profugos,Solymamq.reportat:
Infelix ergo iugulum dare cogitur enſi.
Iungitur interea Pharaonis filia ſecum
Coniugio,Solymamq. eadẽ transfertur in vrbẽ.
Mox petijt Salomon facturus ſacra Tonanti
Excelſum Gabaon: ibi decidit hoſtia dextra
Plurima Rectori Supero, rerumq parenti.
Ecce autem in ſomnis clarè cæleſtis Imago
Viſa ſubeſſe ſibi, ac legum meminiſſe piarum:
Quin etiam(mirum)viſa eſt offerre quod optet,
Rex

Rex prudens animi depoſcit acumina,per quæ
Iudicia exercens,cauſſam dijudicet omnem.
Vota fluunt, placuere Deo, quæſita recepit.
Ergo meretrices coram Salomone querentes
Rege duæ ſteterant,quarum vtraque diceret vnũ
Infantem viuum eſſe ſuum, oppreſſumq. repertũ
Alterius. fuit hoc iurandi vtrique voluntas:
Altera ab alterutra mendax, & falſa vocatur.
Has inter Salomon ambages tentat vtramque:
Imperat afferri gladium, mediumq. ſecari
Infantem viuum, quò pars vtrique petenti
Æqua ſit, & cauſſæ ferro dirimantur iniquæ.
Conſilium puerile ſenes dixere frequentes,
Ac temerè primò prolatum credere ſenſum.
Sed vis naturæ dubios diſcuſſit amores,
Ac mentem in puero monſtrauit Rege ſenilem.
Nam quæ mater erat verè, quò filius infans
Viueret, alterius placito concedit eundem:
Contrà ficta parens, cõmuniter,inquit,habendus
Ex æquo eſt infans, nobis in fruſta ſecandus.
Traditur ergo infans comperta fraude priori,
Excellentem animi vim ſuſpiciente virorum
Cœtu, & commotis latè primoribus vrbis.
Cumq. foret Salomon fuluo ditiſſimus auro,
Argentoq., atque ære, ſimul, gazaq. relicta
Patre ſibi, ſemperq. magis contingeret aurum
Creſcere Regnorum pro vectigalibus auctis;
Cum pariter Tyrio naues cum Rege ferentes
Auri vim magnam perſæpe remitteret Ophir:
Sydereo cœpit templa ædificare parenti,
Quæ ſeptem annorum curſu confecta ſteterunt:
Templa ſuperbificos quoſuis ſuperantia luxus,
Clara auro,ac cedro, Tyrius quã miſerat Hiras.
Hic vbi conſtituit perſtare oracula,& arcam,
San-

Sanctaq. Pontifici tantùm ſubeunda ſacrorum,
Ac binos intus Cherubin, arasq. frequentes,
Inſtituit Phaſe, ac Domino decreuit honores.
Extruit inde ſuas ædes, Libanæaq. tecta
Æterna cedro pariter, gemmaq. micanti,
Atque columnarum longè celeberrima tractu.
Biſſenos Tribubus Salomon præfecit ad vſum
Annonæ, & quicquid videant opus eſſe parandũ.
Pace frui ſumma licuit ditione ſub ipſa,
Nulla quieſcentes turbarunt claſſica cætus:
Millia ſunt equitum biſſena ſtatuta per vrbes,
Scutaq. de maſſa conflata ter aurea centum,
Ac peltæ pariter, grandisq. ex ebore ſedes,
Biſſeniq. gradus facti, totidemq. leones
Fuſi auro, ac totum templorum vtenſile factum,
Miro opere, impulſu pietatis, & arte magiſtra.
Sic vtriuſque domus tota eſt quæſita ſupellex.
Cum cœtu interea Regina Sabæa frequenti
Audita fama Regis, de finibus orbis
Accedit Solymam, Regemq. inuiſit eundem,
Dona ferens aurũ, ac gemmas, & aromata ſecũ,
Nec facili, ac vario tentans ænigmate Regem.
Vt vidit ſtructuram vrbis, conuexa domorum,
Atque miniſtrantes famulos, erectaq. templa,
Omnia vt audiuit ſoluentem ænigmata Regem;
Obſtupuit Regina animo, & ſic ore loquuta eſt:
Fortunata, inquit, famulorum turba tuorum,
Ac te perpetuò quibus eſt audire facultas:
Exuperat famam laudum res ipſa tuarum;
Maxima dicta mihi, ſed cedit gloria rebus:
Laude Deum authorem haud deſim celebrare perenni,
Qui regit has omnes æquo te iudice terras.
Tandem abijt donato ipſo, donisq. receptis.

Con-

Contigit, vt Salomon ardenti captus amore
Fœmineo fuerit, pariterq. vxoribus vnus
Pluribus hæreret, vetitoſq. inhiaret ad ignes:
Quippe Deus tædas interdixiſſe refertur
Verpis ignotas, atque extera quærere prorſus
Coniugia: impietas ne ſic inuecta per vrbes
Serperet, ac populi inficeret fœdiſſima mores,
Is Pharaoniadi ſuperaddidit Ammonitas,
Atque Moabitidas, Tyrias, pluresq. Gethæas,
Iſacidasq., quibus ſenſim deflexit inanes
In cultus, dorſumq. Deo monſtrauit iniquum,
Turpiter, ac gentis veneratus idola nefandæ eſt,
Stulto conſilio, ſed deterioribus actis.
Ergo Deus cælo monitum reſipiſcere Regem
Nolle videns, ac thura focis adolere ſceleſtis,
Regni ſciſſuram venturo in ſemine monſtrat.
Tu quoniam Salomon, inquit, ſpreuiſſe videris
Me, cultusq. meos, & non patris eſſe ſequutus
Iuſſa tui, legemq meam, ſed fœmina nequam
Corrupiſſe pium pectus, moresq. pudicos,
Numine contempto, ac vera pietate relicta:
Scito tuum certo rumpendum tempore Regnū,
Ac famulo dandum eſſe tuo ſub tempora nati:
Sic placitum, ſic velle ſtetit, ſic fata volutant.
Ergo Adad, & Razon viſi conſurgere contrà,
Quorum ille Ægyptū, Syriā petit iſte Damaſci:
Ieroboam pariter Tribui præfectus Ioſeph
Ægypti in fines Salomone ſequente receſſit.
Ahias Ieroboæ vates occurrit ab vrbe
Cedenti Solyma; veſtisq. in fruſta reſectæ
Terna quater bis quina homini dedit, atque ita fatur,
De Tribubus binas nati Salomonis habento,
Ieroboam reliquas ſolùm bis quinque regunto.

Au-

Digitized by Google

Audijt hæc Salomon, metuensq , neciq. daturus
Ieroboam inſequitur: ſed fata reuoluere fruſtra
Nititur, ac Superum nequicquã obſiſtere votis.
Ieroboam Ægypto latuit, dum viuere Regi
Contigit, in tutum quaſi conceſſiſſet aſylum.
At poſtquam Roboam Regno ſucceſſit auito,
Is redit in patriam: tùm lectis omnibus vnà
Principibus Tribuum ad Regem acceſſère frequentes.
Incipiunt coràm, Nobis Rex optime mens eſt
Perpetuò ſeruire tibi velut ante parenti:
Sed iuga ſolliciti ſolùm leuiora precamur:
Namq. tuus quondam pater obfirmauit abundè
Prægrauius noſtris ceruicibus addere pondus,
Quàm fortaſſe decet pro vectigalibus auctis.
Sit modus optatæ certiſſima cauſſa quietis,
Non iuga ſint nobis irritamenta dolorum,
Sic erimus veſtræ clariſſima pignora laudis.
Illicò totius ſeniores conſulit vrbis:
Mox adhibet iuuenes aſſuetos viuere ſecum.
Primi indulgendum dicunt; iuuenesq. minaci
Vtendum verbo, ac facto, ſi fortè recuſent
Auſcultaſſe ſibi, ac leges ſeruaſſe receptas.
Iam Roboam reſponſa refert, iuuenumq. furenti
Conſilio inſeruit, tumidoq. è pectore fatur,
Craſſior è digitis minimus meus, inquit, apertè eſt,
Quàm fuerint noſtri tenuiſſima dorſa parentis
Quantùm igitur ſuperant artus mea membra paternos,
Tantò etiam mea fræna ſuis magis aſpera ſunto
His populi auditis, deſperatisq. ſecundis
Ex voto rebus, commoti mente, receſſus
In patrios remeant, penitusq. rebellibus auſis
Mo-

Moliri noua corde ſtudent,feraq. arma tueri,
Si ſit opus, Roboamq. velit ſuccedere terris.
Ergo ſuperiecto lapidum compreſſit aceruo
Aduram populus, pro Rege tributa petentem;
Ieroboamq. ſibi ſtatuit, quem dixerat Ahias,
In pœnam ſcelerum,quibus ante infecerat vrbẽ
Rex Salomon,populumq. omnem ſimulachra ſequutus.
Sed verò in peius ſemper deflectimus omnes.
Ieroboam metuens, ne fortè recederet à ſe,
Dum Solymam peteret,Templumq., ac ſacra videret
Turba hominũ,ex auro vitulos conflaſſe laborat:
Mox in ſacra ſuis exemplis impia vertit,
Ac vitulo defert diuinos primus honores.
Ecce autem infandis dum thura indigna pararet
Immiſcere focis, Diuino nuncius actus
Numine miſſus adeſt,Regem qui dira moneret:
Exurget Ieſſæo, inquit, de ſemine certis
Ioſia temporibus, qui veſtra altaria, & aras
Deſtruet,ac vitulis pro thure adoleuerit oſſa.
Tu ſtudio Rex perge pari, tibi maxima ſunto
Signa cinis ſuſus, ſciſſumq. altare,quod extat.
Ieroboam occœpit dextra terrere minaci,
Atque ait,hũc hominẽ, qui nos turbauit abundè,
Arripite,vt ſuſo triſtes det ſanguine pœnas.
Ergo extẽta Ducis (mirum) aruit illicò dextra;
Effuſus cinis eſt, altaria diruta prorſus.
Sed pro Rege rogat Vates à Rege rogatus,
Exoratq. Deum:ſic reddita corporis olim
Exoptata ſalus, ſed non eſt reddita mentis:
Perſtat in obliquis, quia ſunt terreſtria curæ:
Nec tamen, vt cogat,ſecum vult iſte morari,
Abſcedit ſubitò, ſic Dia oracula produnt.

Pſeudopropheta ſenex tali cum gente fuiſſe
Dicitur: hic vatem reuocat mendacia fingens,
Me quoque, me alloquitur Deus, ò vir optime, dixit,
Qui mecum te nunc perducere iuſſit ad vrbem.
Credidit infelix homini: iamq. ecce paratis
A reditu ſecum conueſci cœperat eſcis,
Cùm Deus intonuit, quia nam contempſeris oris
Verba mei, vetitasq. tibi guſtaueris eſcas,
Haud dubiè tumulo moriens priuabere patrum.
Ergo abſcedenti patriam vt remearet in vrbem,
Occurrit ſæuo ore fremens, ac corde furenti
Diſcerptumq. leo crudelius vngue necauit.
Pſeudopropheta ſuis ea cõdidit oſſa ſepulchris,
Vt penitus diuina oracula vera fuiſſent,
Signaq. venturis fuerint benè congrua rebus.
Fortè laborabat correptus febribus Abias
Ieroboa ſatus: vxori Rex imperat, Ahiam
Inuiſat, qui ſe doceat de ſorte futura
Ægroti pueri, mutata veſte faceſſit
Iuſſa vxor, petijtq. ædes incognita vatis.
At non permiſit Deus irreprehenſa manere
Ieroboæ peccata, aut captum lumine falli.
Fœmina detegitur vati: malè geſta recenſet
Ahias, ac puero triſtes denunciat iras.
Ergo ait, in Dominum quoniã peccaſtis iniquè,
Occidet ille puer, cùm patria limina tanges.
Facta fides dicto eſt, vt quondam contigit vni
Regna prophetanti, longè tamen altera facta eſt.
Occidit ergo puer, cùm tecta domeſtica mater
Ingreditur, ſecumq. omnis ſpes irrita ceſſit.
Interea Seſac Mareotica Regna tenebat:
Acceſſit Solymam multo cum milite in vrbem,
Abripuit, Salomon quæ fecerat aurea quondam:
Sub-

Subſtituit Roboam ſubmotis ærea rebus.
Extincto Roboam ſucceſſit filius Abias,
Cum quo Ieroboam quàmplurima prælia geſſit.
Abiam ſubſequitur patrem Rex inclytus Aſa:
Æthiopum is decies, centenaq. millia fudit,
Ac Baaſa amouit iuncto ſibi Benadab auro.
Ioſaphat hunc ſequitur, qui ſacra, prophanaq. curat,
Ac Domini leges, & bella ardentius optat,
Et ſanctè leges, cautèq. ferocia tractat
Bella virùm, forteſq Duces aſſumpſit in armis.
Amri ſucceſſit Baaſæ poſt tempora, & Achab
Amrides patri, cui ſanguine iungitur vnà
Ioſaphat affinis factus, pariterq. vocatus.
Achab Regis erat Sidonia Iezabel vxor,
Moribus infanda, & cultu ſcelerata Deorum,
Seducens populumq., Achabq. per auia legum:
Quin etiam in mortē, qui cælica iuſſa ſequātur,
Quærere, & extremos multis inferre labores
Auſa fuit, ferroq. ſacros temerare leuitas.
Elias Thesbites cùm ſperni ſacra videret,
Ac falſa gentem ſub Relligione teneri,
Siue poteſtatis iuſſu, ſeu more perenni,
Innixus nimio ſacratæ legis amori,
Ac latè impulſus ſupremi Regis honore,
Ad proprios nutus arcendum ediſſerit imbrem,
Arentemq. minatur humum, quò funere perdat
Omnia, ni reuocent animos in praua ruentes.
Dixit, & obtinuit. iamq. areſcentibus aruis
Torpuerat tellus, defecerat humor in herbis,
Conſtiterant lento decurrere flumina lapſu
Grandia, ſemianimes languor poſſederat artus,
Sollicitaſq. homines curas, animoſq. trahebāt:
Elias Thesbites torrentem Carith adiuit,
F 2 Hic

Hic vbi coruorum ſuſtentabatur ab eſcis;
Aſt exiccato penitus torrente receſſit,
Sareptam inſtinctu Diuini Numinis vrbem.
Occurrit vidua ecce viro, quem poſtulat vndas
Vates, & panis quantum ſatis eſſe putaret.
Iuſſa facit mulier: quamuis & parua videret
Nutrimenta ſibi, tamen hæc deferre laborat:
Detulit, ac ſemper creuerunt illa, nec vnquam
Defecere inopi, donec permanſit egeſtas.
Miranti viduæ ſecum miracula rerum
Occiderat natus, quo nil ſibi charius eſſet.
Increpat hæc Eliam, quaſi proxima cauſſa fuiſſet
Pœnarum ſibimet, peccata antiqua retractans.
Non ſecus, ac ſomno ſi quem vigilare ſepultum
Contigit: is matri quæ triſti corde doleret,
Incolumem reddit Diuino munere lætus.
Samaritanas acceſſit rurſus in vrbes,
Præcipiente Deo, terris quò funderet imbres.
Eliæ Sarepta redeunti, en obuius Abias,
Cuius ope occulta centum vixere piorum:
Is Regem accerſit nimium de Vate querentem,
Accurrunt alij, ſcelera exprobrat omnibus Elias
Impia, & offenſum latè per crimina Numen:
Inde Sacerdotes irritat voce prophanos:
Hùc hùc accedant, inquit, qui vana ſequuti
Auertére Tribus recto: ſtat vincere ſignis
Mendaces, ſi ſacra boum experiamur in igne.
Acciti circum ſiſtunt, ſimulachra fouentes,
Accipiunt ſortem oblatam, bobusq. paratis,
Lignisq. appoſitis Baalim clamare frequentant,
Incerti ſtudio pendent, iuniorq., ſenexq.,
Et populus cum Rege Achab. diffidere tandem
Viſi ſunt Baalim, quibus eſſet victima curæ.
Aſt Elias feſſos Baalim tentare precando
Sæ-

Sæpius oppoſitis irritat vocibus vltrò:
Vox ait irridens, maior tollenda videtur,
Nam Baalim aut dormit, vel certè his diſtat ab oris.
Veſpertina aderant propius iam tempora lucis,
Cùm vates Domini, me, me miracula rerum
Iſta vocant, inquit, veſtris deſiſtite votis
Turba Sacerdotum infelix; ego ſacra per ignem
Conſiciam, fueritq. boum victoria mecum.
Dixit, & altari biſſeno è marmore ſtructo,
Iuxtà quod fuerant qui ſe genuere parentes,
Impoſuit ligna, & carnes in fruſta reciſas,
Et circa effudit lymphas bis, terve fluentes:
Mox in vota fluit, numenq. enixius orat,
O Pater Omnipotens, rerũ cui ſumma poteſtas,
Qui cælo veneratus ades, cui proxima virtus,
Corruptos hominum penitus da vellere mores,
Eniteat noſtris tua plurima gloria terris,
Ac tua fundantur clariſſima lumina mundo,
Ne pereant animi manuum factura tuarum.
Vix ea fatus erat, cùm cælo miſſa ſereno
Flamma ruit, voluitq. globos æſtiua furentes,
Impoſitosq. boues ſtructis abſumit in aris:
Fit populi plauſus, ſubuerſoresq. ſacrorum
Arreptis gladijs, ſeu iuncto fuſte necantur.
Torrentem ad Ciſon, Carmeli in vertice mõtis,
Elias pro pluuia rogat, atque exorat eandem:
Nam ſeptem vicibus cùm proſpexaſſe iuberet
In genua accumbens famulũ, tandẽ excita nubes
Surgere viſa ſibi, cælumq. opplere tenebris.
Iuncto Achab curru fugit, admonitusq. recedit,
Eliasq. accinctus lumbos, curſuq fugaci
Iezrahel aduentat, viſus præuertere ventos.
Intereà latè pluuius diffunditur humor,

Imbribus atque auctis exundant vndique foſſæ,
Aut æſtu regio non amplius vlla laborat,
Quin etiam potu recreata animalia florent.
Reginæ ſeriem rerum Rex ordine pandit:
Illa furens animi, veluti ſi fortior vrſæ
Vis rapuit catulos, indignabunda minatur.
Accepto hoc Elias, nec Iezabel inſcius iræ.
Corripit inde fugam, deſertaq. in antra recedit.
Poſtquam obdormiuit, defeſſaq. mēbra quierūt,
Excitat hunc Ales, mortemq., diemq. petentem
Extremum reficit, lata diuinitus eſca:
Inde fugæ metas montem deſignat Horebbum:
Hūc quadraginta ſpatio aduentaſſe dierum
Ieiunus potuit: ſic Iezabel irrita quondam
Ira fuit, fruſtraq. virum oppreſſiſſe laborat,
Elias intus erat, monitus prodire faceſſit
Iuſſā Dei tenui ſub flamine mira loquentis:
Hic ego te nolim ſedes coluiſſe ferarum,
Vade ait, ac Reges ſtatue, Hazael eſto Syrorum,
Namſidesq. Iehu tribuum; tua munera Vatis
Saphides Eliſæus agat. ſic inde receſſit,
Saphidemq. virum reperit, quem pallia circum
Biſſeno inuoluit ſcindentem vomere terram.
Nec mora, Saphides ſequitur quocūque vocatus.
Benadab interea commouerat vndique Reges
Samaritanos oppugnaturus, & Achab
Agmine diſpoſito, ac longè præfortibus armis.
Miſſi Oratores Regi mandata ferentes,
Qui tradenda ſibi dicunt quæcumque repoſcant,
Immò auferre ſibi liceat quæcumque ſuorum,
Cùm ſibi ſit virtus, ac ſtet victoria ſecum.
Iamq. recuſantes propellere menibus inſtant,
Cùm Vates Achab non deſperare ſalutem
Fas, inquit, Regi: tuus hic ſuperabitur hoſtis:
Inci-

Incipe certamen, fuerit victoria tecum.
Iuſſa facit, vincitq. Achab; rurſusq. capeſſit
Conſilium pugnæ Syriæ Rex Benadab idem:
Vincitur, & capitur, captus dimittitur idem.
Regi ergo Vates triſtes denunciat iras:
Sed redit is patrias indignabundus in vrbes.
Naboth erat quidam, cuius villa inclyta Regis
Vicini ſenſus nimium commouerat Achab:
Enixè rogat hic hominem, ſibi vendat eandem,
Ac dignum precium pro venditione ſpopondit:
At Naboth ſe poſſe negat res cedere auitas.
Afficitur mœrore Achab, ieiunus vt auſit
Pertranſire dies, & non per tempora veſci:
Iezabel hoc audit, cauſſamq. agnoſcit; & Achab
Optatis exinde monet confidere rebus:
Id fore, quod cupiat citius. primoribus vrbis
Interea eiuſdem defertur epiſtola iuſſu,
Imperat acceiſi lauta ad conuiuia Naboth,
Supponi falſos teſtes, quorum ore probetur
Blaſphemaſſe Deo, tùm demum ex lege necari:
Auſcultaſſe iuuat. fit certior inde peremptum
Ex voto Naboth: iam Rex iucundior ibat
Ad contemplandam villam, mœrore ſoluto.
Huic triſtes Elias denunciat ebuius iras,
Iezabel, atque tuus ſanguis lambetur iniquus,
Naboth vbi innocuum nuper ſudere cruorem.
Sic ait, atque oculis ſeſe abripit illicò Regis:
Verbaq. ſucceſſus poſt tempora vera probarunt.

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER DECIMVS.

Deſcendit poſthac inuiſere
Ioſaphat Achab,
Hic affinis erat, ſeu ſanguine
iunctus eidem:
Achab Rex ægrè nimium ſi-
bi fortè ferebat
Amotam Ramoth Galaad,
Syriaq. teneri.
Conſulitur vatum quamplurima turba ſuorum,
Num ſucceſſurum feliciter eſſe putarent,
Propterea contra Syriam ſi bella mouerent.
Concurrunt omnes pariter certamen iniri,
Portendi ſibi ſucceſſus per prælia fauſtos.
Ioſaphath agnoſcens promi mendacia gratis,
Ac facili falſos deludere voce prophetas,
Imperat acciri, ſi quis fortè afforet illic
A Domino vates, qui tutius iſta loquatur.
Accerſitus adeſt Michæas: omnibus idem
Senſus erat belli, Ramoth Galaadq. potiri,
Non tamen hæc eadem ſteterat ſententia Vati:
Quippe ait, O Reges noſtræ paſtore carentes
Viſæ ſunt animis longè aufugiſſe cohortes:
Cùmq.

Cùmq. ſuper ſolio ſediſſet in æthere Numen,
Alituum innumeros circùm quem ſtare videre,
Decepturi Achab coram acceſſere frequentes,
Spiritus erroris vaniſſima in ore tuorum
Verba prophetarũ loquitur, quò decidat Achab.
Sedecias Chanaanides non auribus æquis
Verba tulit, duro percuſſit verbere dextræ
Michææ vultus, hominemq. redarguit, ac ſi
Verior in dictis longè ſibi ſenſus ineſſet:
Ac me falſi, ait, inſimulas, me cœperit error?
Nobis dimiſſis tibi ſpiritus hæſerit vni
Verax, mendaces ac dicere forſitan audes?
Ille refert, me vera agnoueris eſſe loquutum,
Cùm profugus tandem de tecto in tecta recedes.
Non habuit tamen ipſe fidem Rex vera docẽti,
Vt caderet citius, confirmaretq. futura:
Quin etiam Vatem, qui verba ſalubria dixit,
Ne quid prætereat, quod non peccetur iniquũ,
Tradit Michæam torturæ, in præmia recti.
Ergo procedunt coniunctim ad prælia Reges,
Agmine diſpoſito ſpe falſa, ac pectore firmo,
Maxima complexi, ſed ſpe deluſus vterque eſt.
Benadab interea ſocijs præceperat, vnum
Vt peterent Achab, ferrentur & Achab in vnum.
Ergo congreſſis incerta ſagitta volauit
Percutiens Achab, qui, nè, ſi cognitus eſſet,
Totius belli pondus conuerteret in ſe,
Mutarat veſtes: ſed non vitaſſe furorem
Inſtantem Domini potuit ſolertia Regis:
Imbuitur ſæuum vitali ſanguine ferrum.
Ille vbi perſenſit læthali vulnere carpi
Paulatim ſenſus, vitamq., animoſq. repoſci,
Ex acie cedit: trepidæ fugére cohortes.
Sic timet agna lupum, ſic territa cerua per agros

F 5 Ve-

Digitized by Google

Venatorem, aliàs ſibi conſultura prementem.
Serò Michææ virtus eſt cognita Regi,
Sanguine profuſo vitam exhalauit iniquam
Veſpere, profuſum canibus lingentibus, Eliæ
Completa vt pariter fierent oracula vatis:
Ioſaphath in patriã ſoſpes redit, at Moab hoſtis,
Atque Ammon contrà arma mouet, quò perdat in æuum:
Conuenere alij ſecum. perterritus ha ſit
Ioſaphath, ac Dominum latè per vota fatigat.
Ecce autem cœtu è medio prænuncius audax
A Domino vates Iahaziel illicò ſurgit.
Hic deſperantes animos confidere iuſſit,
Spemq. fouere ſinu, cùm Numinis inclytus adſit
Et fauor, ac fortis peragenda ad prælia virtus.
Cras, inquit, contrà Zeruel deſerta reperti
Debellabuntur, qui vos turbare laborant:
Ite alacres, Dominus pariter certamina iunget
Veſtra ſuis, vincetq. omnes felicius hoſtes.
His exhortatus dimiſit in arma cohortes,
Vix è conſpectu Dominum laudare canendo
Auditus miles, ſubitò cùm mutua ſecum
Et Moab, & iunctus cõuertere contigit Ammon.
Sic ergo, periere ſuis à viribus hoſtes,
Prædaq. ingenti cum milite Ioſaphat auctus.
Huic vita functo Ioram ſucceſſit iniquus,
Qui ſenos fratres crudelius enſe peremit,
Moribus infandus, fœdam legemq. ſequutus,
Ipſe fuit paſſus Lobnamq., Edomq. rebellem,
Atque Palæſtinum raptorem, Arabemq. ſuorũ,
Hunc incedentem per praua redarguit Elias
Scriptis literulis, prædicit & vlcus acerbum,
Torturam in membris: resq. ipſa hæc verba probauit.

Sa-

Digitized by Google

Samaritanis Tribubus regnauit Ochozias,
Qui caſu quodam miſerè ægrotaſſe refertur.
Ergo ſuper morbo dum conſulit impia ſectans
Belzebub, admonitus verbis ſolertibus Eliæ,
Edidicit mortem ſibi prorſus adeſſe propinquã,
Nec fore quærendum longinquis Belzebub oris:
Militibus prius abſumptis mandata ſuperbè
Deſcenſus montis centum exponentibus igne,
Sortita effectus ea ſunt oracula Vatis.
Iam Deus ad ſuperos traducere præparat Eliã,
Iamq. Eliſæum vnà Vates ſecum ire recuſat
Sæpius, atque alijs conſiſtere iuſſit in oris.
Nec tamen is cedit ſecedere longius vſquam.
Progreſſi veniunt fluuij Iordanis ad vndas:
Hìc Elias diuiſit aquas per pallia, & ambo
Perrexere ſimul pedibus trans flumina ſiccis.
Ergo Elias ſibi quod cupiat petere inſtat eidem:
Vim duplicem ipſe rogat. tu, ſi me videris, inquit
Cedentem terris, fiet. Iam turbinis inſtar
Ignis adeſt, ferturq. Elias ad ſydera raptu:
Cùmq. Eliſæus ibi voce inclamaſſet in Eliam,
Pallia de manibus Vatis ſibi lapſa recepit.
Ergo redit, tandemq. aperit felicius vndas
Reſciſſo Iordane iterum. ſic cognita Vatis
Inſediſſe animi virtus in vate miniſtro.
Vt Iericho tetigit fines, orare frequentes
Inſiſtunt ciues, ijs vt conſiſteret oris:
Is ſalis iniectu ſanatis protinus vndis
Mortiferis: Iericho Bethel peruenit ad vrbem.
Fortè ibi complures pueri deludere vatem
Per contemptũ inſtant: at deuorat vrſus iniquos,
Illo probrorum pœnas poſcente viciſſim.
Poſt Ioram in Iuda pariter regnauit Ochozias,
Quem Iehu occidit pergentem inuiſere Ioram

Ex Achab genitum. Quondam Rex Ioſaphath, Edom,
Ac Ioram exciti contrà Moab arma tulerunt,
Dumq. iter intentant, potus defecit eoſdem.
In caſtris Eliſæus erat, qui forte vocatus
Alueum præcepit fieri, fidibusq. canoris
Alueo vndas ſine nube dedit, fontemq. perennē:
Quin etiam nobiſcum, inquit, victoria certa eſt.
Ergo congreſſi retrouertére fugatos.
Cuiuſdam viduæ propter promiſſa mariti
Quidam in ſeruitiū prolem abſtraxiſſe volebat:
Conuenit ipſa Dei famulum, vatemq. repoſcit,
Succurrat miſeræ. non ille moratus, eandem
Admonet in vaſis olei quæ condita ſeruet,
Infudiſſe alijs, donec ſe poſſe leuari
Crederet, & quantum ſatis eſſe vtrique putaret.
Non prius infuſus liquor, & creſcentia dona
Conſtitit in vaſis, quàm vas defecerit ijſdem
Implendum, vt fuerint miracula plena fauoris.
Contigerat Suna diuertere ſæpius vrbe
Mulieris argento atque auro in prædiuitis ædes:
Hæc fuerat ſterilis, tamen vt fœcundior eſſet,
Exorat Vates: materq effecta, quod optet,
Infantem peperit; ſed, poſtquam creuit, in agros
Miſſus ab ardenti fert æſtu extrema dolorum.
Vt genitum vita functum conſpexit apertè,
Se dedit ecce viæ, Carmeliq. attigit oras:
Agnoſcit vates cauſſam, Ieziq. miniſtrum
Cum baculo mittit: mox ipſe rogatus eundem
Subſequitur, pueriq. animos è ſedibus imis
Abſtractos reuocat, cùm procubuiſſet in artus
Componēs manibusq. manus, atque oribus ora.
Dira fames totum dudum vexauerat orbem,
Cùm quidam è ſocijs paulò imprudentius herbis
Ex

Ex agro lectis turbæ commiſcuit eſcas,
Intus amarities inerant, & noxia peſtis.
Ergo ſuperſuſis eſcarum in vaſe farinis
Vicit amarities, peſtemq. potentius omnem.
Primitias quidam frugum, panesq. ferebat
Viginti dandos vati: præcepit eoſdem
Apponi turbæ: factum: ſaturatà comedit
Centum turba virùm, pariterq. ſuperfuit eſca.
Infeſtus lepra Naaman fuit, huius ad aures
Peruenit Vatis virtus, & cognita fama
Gloria geſtorum: tandem ergo acceſſit ad ædes
Vatis cum gazis, ac præcipuo comitatu.
Is ſeptem vicibus iubet in Iordane lauari:
Sic, inquit, facile turpi curabere lepra.
Indignabundus cùm deceſſiſſet apertè,
Admonuit famulus Dominum, nè forte recuſet
Auſcultare viro, ſortemq. fouere propinquam.
Impulſus vatis iuſſis, famuloq. miniſtro
Rem non difficilem expertus, Iordanis in alueũ
Deijcit ecce artus, artus purgantibus vndis.
Obſtupuit Naaman propter miracula rerum,
Atque animo lætus per ſedula gaudia in vrbem
Ad vatem redijt gaza cum diuite, & auro,
Dona ferens, ac ſigna animi clariſſima grati.
Sed non eſt paſſus Vates quaſi præmia tradi
Aut gazas, aurumve ſibi, aut cæleſtia vendi:
Reſpuit oblatam mercedem, ac dona recuſat.
Non tamen *hæc* eadem Iezi ſunt viſa miniſtro:
Aſſequitur Naaman abeuntem, ac munera poſcit
Veſtes, atque aurum. non abnuit ille, deditq.
Plura requiſitis, quæ cœcus amore fruendi
Et facto, ac verbo mendax cælaſſe laborat.
Arguit hunc Vates redeuntem, ac fraude retecta
Damnat auaritiæ, conſtantiq. ore profatur,

Di-

Digitized by Google

Diuitijs Naaman Iezi tibi pectus adhæſit,
Inficiet pariter Naaman tua corpora lepra.
Sic perfuſus abit Iezi candore niuali,
Fœdatusq; lepra, pro Vatis honore modeſti
Decertante Deo contra mendacia Iezi.
Saphidem, àc ſocios ripæ Iordanis alebant:
Hìc quodam Vatum cedente arbuſta ſub vndas
Defertur ferrum: Saphides ergo vocatur,
Monſtraturq. locus, quò ferrum decidit. illàc
Admouit lignum, ferrumq. enauit ab vndis.
Samaritanæ Tyrius Rex Benadab vrbi
Sæpius inſidias ex belli iure parabat,
Semper at admonitu Vatis Saphidis Ioram
Tutus erat; ſua conſilijs per verba retectis.
Benadab intereà cùm cerneret irrita prorſus
Sæpius, atque iterum ſuamet conamina reddi,
Certior effectus rerum, plura agmina miſit,
Quæ caperent hominem Dothain in ſede morantem.
Hic vbi monſtrauit ſeſe cæleſtibus eſſe
Agminibus tutum, priuari luminis vſu
Impetrat immiſſos contrà ſe protinus hoſtes:
Tùm Samaritæ ciuis deducet in vrbem
Ad Regem, vt meritũ Domino deferret honorẽ:
Quos tandem incolumes, ac ſoſpite luminis vſu
Dimiſit, potuq. homines, eſcaq. refecit.
Samaritanam Rex Benadab obſidet vrbem,
Fortè aliàs dira latè ſame cuncta premente:
Hortatur ciues non deſperare ſalutem
Saphides Eliſæus, & edocet eſſe paratum
Numen in aduerſis plenè ſuccurrere rebus.
Intereà quædam iam deficientibus eſcis,
Ac rabie dudum miſerè ſtimulante ciborum
In genita infantis conuertit viſcera morſus,

Mu-

Digitized by Google

Muliere cum ſocia, mox ſecum eſura viciſſim
Conuento ex pacto ſocialis viſcera partus:
Iam tamen illa negat ſocialia iura fouere,
Promiſſam præſtare fidem, ac diſcerpere natum.
Ergo conuento mulier cum Rege querelas
Iactat: at ipſe minax abſcindi corpore buſtum
Præcepit Vatis, qui muro conſulat hoſti
Durè obſiſtendum, præſtolandumq. futurum
Subſidium Domini, quo crederet auſpice vinci.
Iamq. propinquabat Vatis Saphidis ad ædes,
Lictor, cùm ſubitò correptus numine Vates
Conſilium exponit contrà ſe Regis iniquum;
Atque ait, has animis voces defigite veſtris,
Cras erit illa dies, qua vænerit integra ſicli
Sarcina frumenti, modiusve ſtatere farinæ.
Aulicus audierat, qui non bene credulus infert,
Vt pluat eſca polo, fieri non poſſe videtur:
Videris iſte refert, ſed non guſtaſſe licebit.
Fortè fames eadem vexarat dira leproſos
Quoſdã extra muros, qui certi occũbere morti
Illinc vnanimes in caſtra hoſtilia tendunt.
Vt tetigere locum, vacuos reperere receſſus,
Proiectas & opes, Domino terrente fugatos
Hoſtes, atque Syros gazis abijſſe relictis.
Ergo alacres vrbem repetunt, Regiq. recenſent
Libertatem vrbis lætiſſima nuncia Ioram.
Hic primò dubitat, mox compellente ciborum
Defectu, miſit rerum qui certa referrent.
Miſſi audita docent nequaquã eſſe abſona veris.
Erumpunt portis ciues bipatentibus omnes,
Fit murmur, clamorq. virùm, ſtrepitusq. viarũ,
Ac veluti cùm vulgus iners æſtate recenti
Per longos tractus, ac per conferta locorum
Curſibus aſſiduis, indeſeſſove labore,

Non

Non famis ignarum venturæ præparat eſcas.
Sic penitus turba vrbe ruit, ſic plurima greſſu
Præcipiti veſtigat opes, eſcasq. relictas.
Aulicus ad portam, qui non bene credulus ante
Saphidi fuerat, cuſtos decernitur eſſe:
Hic ergo infelix turba depreſſus iniqua eſt,
Geſtaq. ſunt verbis correſpondentia Vatis.
Iuerat hortatu vatis peregrinus in vrbes
Is, cuius quondam Manes reuocauerat Orco,
Cum genetrice ſua famis impendente tumultu:
At poſtquam eſt amota fames, & copia rerum
Viſa ſequi, celer in patriam remeare laborat.
Fortè renarrabat iezi celeberrima vatis
Geſtorum Regi, puerumq. à ſede reductum
Inferna ad ſuperos, iuuenis cũ matre propinqua
Triſtis adeſt, repetitq. domos, ac prædia Regẽ.
Rex vbi cognouit, ſibi præcipit omnia reddi.
Benadab æger erat Vate accedente Damaſcum,
Audijt, ac ſubitò miſit perquirere morbi
Sortem Hazael armis clarum, belloq. potentem.
Hazael iuſſa facit, Vates prænunciat Hazael
Sceptra Duci, Regiq. ægrè ſuprema malorum.
Benadab occubuit, ſceptra Hazael inde recepit.
In Ramoth quondam Galaad Syria agmina ſecũ
Vulnera bellanti Ioram inflixere viciſſim:
Iezrahel in patriam redit idem, vt vulnera curet.
Interea quendam Vates ad Ramoth adegit,
Vngeret vt Iehu, qui ſubitò ſua iuſſa faceſſit.
Ergo coniurat Rex acclamatus in omnes
Fautores natorum Achab, Ioramq. reuerſus
Iezrahel, occidit fratresq., ac Iezabel ipſam,
Et fratres Regis Iudæ, Regemq. peremit;
Inde ſacerdotes Baalim malè perdidit aſtu.
At Iehu Ieroboã in vitulo eſt peccata ſequutus.

Vt

Digitized by Google

Vt Solymæ Regina Athalia nouit Ochoziam
Natum interfectum, latè Regale Dauidis
Perquirit ſemen, perimitq. impunè repertum.
Vnus at ecce Ioas per quandam Ioſabeth infans
Euadit ſoſpes, potuitq. in cæde frequenti
Ædibus in ſacris latitans vitaſſe furores:
Inde manu lecta Reginam Ioiada cædit,
Qui populi tūc paſtor erat, ſummusq. Sacerdos:
Ioſabeth is coniux, ſed Ioſabeth amita nati.
Fit populi Rex ipſe Ioas, capitiq. decorum
Imponit diadema ſuo, regit aurea dextra
Sceptra manu, turba nimium plaudente virorū.
Iamq. ſacerdotes Baalim occidiſſe laborat,
Suffodiſſe aras diſciſſo marmore terris,
Sacraq. Pontificum templa inſtaurare coegit,
Oblatisq. vti gazis, donisq. piorum,
Eius ad obſequium quo tempore Ioiada vixit,
Virtutis fautor fuit, ac pietatis amator:
Poſtea Nobilium precibus permotus iniquis
Deſeruit legem Domini, ſanctumq. timorem.
Ergo Zachariam verba in male geſta vomentem,
Præcipit iniecto lapidum ſub turbine mergi,
Ingratus facto, longèq. ſceleſtus in vno:
Ioſabeth hunc peperit, genuit hunc Ioiada vatē.
Non tulit hæc, æquè Dominus, contra excitat
Hazael,
Hic aurum, argentumq. rapit, ſublata ſupellex,
Ipſo Rege Ioas magnis languoribus acto,
Denique ab inſidijs cecidit: ſucceſſit Amaſias,
Qui patris eſt vltus mortem, famulosq. cecidit
Interfectores, mixtusq. eſt ſanguine ſanguis.
In populum Tribuum Ioachaz dominatus, ab
Hazael
Sæpius eſt victus, debellatusq., ſequutus

Iero-

Digitized by Google

Ieroboam quoniam fuerat, vituliq. reatus.
Filius ecce Ioas regnat, qui Benadab vrbes
Ex Hazael genito, ſibi quas ſubiecerat Hazael
Abſtulit, ac populum attritum virtute redemit:
Quippe ægrotantem dignatus viſere Vatem
Saphidem Rex ipſe Ioas eſt iuſſus in auras
Exonerare arcus, terramq. ferire propinquam.
Audijt auſcultans, ac ter percuſſit ibidem:
Saphidesq. iratus ait, cùm perdere curæ
Sit tibi præcipuas vrbes, turmasq. Syrorum,
Bis ternis vicibus tellus pulſanda fuiſſet.
Ergo Ioas toties inito certamine vicit.
Saphides moriens tandem ſua lumina clauſit,
Cùm magis atque magis ſēper decreſceret æuū:
Conditus & tumulo certo eſt. poſt tempora rerū
Cum quidā ſub humū mittenda cadauera ferrent
Ecce inſurgentes contra videre latrones:
Deponunt celeres, Vatis tetigere ſepulchrum
Caſu membra viri (mirum) ſic ille reuixit,
Ac potuit munus vitæ exercere prioris.
Moribus, ac vita mediocriter æquus Amaſias
Extitit, ac latè populos vaſtauit Idumæ:
At victor gentem cum debellaſſet eandem,
Attulit inde ſibi ſimulachra colenda Deorum.
Ergo ſubſidio Domini deſertus abundè
In peius ruere, ac retrò ferri impius infit.
Hunc bello cepiſſe Ioas, Solymamq. potentem
Dicitur, ac totam ſpoliaſſe ſuperbius vrbem.
Rex perijt tandem ciuilibus obrutus armis,
Nam quia deſtituit Domini venerabile nomen,
Inſidias paſſus, Lachisq. extinctus in vrbe eſt.
Ieroboam in Tribubus patri ſucceſſit, & idem
Reſtituit Regnum, & quondam poſſeſſa locorū,
Sicut Ophiræus Vates prædixit Ionas.

Po-

Poſtea Zacharias regnat, quem prodit Iabes,
Filius huuc Manahen potuit ſuccidere terris,
Crudelis nimium quoniam prægnantia Therſa
Corpora diſſecuit, contra quem ſurgere Phullē
Contigit Aſſyrium, qui mille talenta recepit,
A Manahen donata ſibi, quò certus abiret.
Hinc cępit Tribubus Rex eſſe Phaceia refractis,
Qui Romeliade à Phacea percuſſus obiuit.
Sed Romeliades vt præcedentia Regum
Tempora Ieroboam ſunt per peccata ſequuti:
Elides Phaceam mox percutit Oſea Regem.
Aduocat Aſſyrios ergo Deus, & ſua latè
Regna domat, patriaq homines abſcedere cogit,
Subducitq. alios, ne terra inculta maneret,
Ignaros rerum Domini, legisq. piorum.
Contigit accitos morſu cecidiſſe leonum
Plures, ergo alij metuunt conſiſtere ibidem.
Salmanaſar monitus tandem hæc in regna Leuitā
Mittit, vt edoceat ritus moresq. ſacrorum
Conſuetos, quò ſic deſiſteret ira leonum.
Deſtitit. Hinc varij cultus deflexit origo
Samaritano populo, terrisq. notatis.
Captiuos homines Tobias iuſtiſſimus inter
Extitit: huius erat bonus æquè filius vnus,
Nominis eiuſdem, quem cum excæcatus in vrbē
Rages miſiſſet cælo comitante ſupremo
Alite, felicem reditum cum diuite gaza
Conſpexit pariterq. adiuncta coniuge ſecum;
Vt nihil aſſumpta ſibi pro pietate deeſſet.
Fortè fuit Ionas, quem mittere Numen in vrbē
A Nino dictam voluit, quò nuncia ferret
Irarum, ac plenè poſt tempora certa ruinæ.
Ille fugit, vitatq. homines monuiſſe furorem
Congreſſus naui, ſed tempeſtatibus acti

Nau-

Digitized by Google

Nautæ præcipitem Ionam miſere ſub vndas.
Ecce autem Cete abiectum deglutit Ionam,
Poſt tres inde dies Vatem euomit inter arenas,
Hanc vrbem verſus: prænunciat ergo furorem
Interitus Vates. auditis incola verbis,
Ieiunus Dominum dubia pro ſorte precatur:
Suſcipit ille preces, Diuina repellitur ira.
Interea in populo Iudæ regnauerat Ozias,
Ozias is felix, ſi non temerarius auſit
Thus offerre Deo, & ſacra exercere prophanus,
Cùm vario quondam fuerit certamine victor,
Ac celebre in terris nimium ſit nomen adeptus:
Cùm bona tentarit, necnon perfecerit idem
Plurima, in elatos cœpit conſurgere ſenſus.
Azarias populi paſtor, ſummusq. Sacerdos
Obſiſtit Regi, ſibi ne ſacra munera iniquè
Arroget, exclamat, proponere Numinis iras
Pergit, & indignos memorare licentius auſus.
Ille ſuper monitis ira commotus acerba,
Dum ſacris dat thura focis, mortemq. minatur,
Sentit ab immunda carpi ſua tempora lepra.
Ecce Sacerdotes feſtinant pellere templo
Affectum lepra Regem: fugit impiger Ozias,
Agnoſcens meritos ea per miracula caſus:
Seiunctimq. ædes habitat, nec protinus vnquam
Liber ab immundo potuit Rex eſſe reatu
Pœnarum, aut tantis morbis ex parte leuari.
Filius hunc Ioatham ſequitur regnare paratus,
Oſtia qui ſacri longè excelſiſſima Templi,
Qui multas arces, quãplurimaq. oppida ſtruxit,
Impoſuitq olim iuga, vectigaliaq. Ammon,
Excepit victor bello, ac felicibus armis;
Ac patribus demum appoſitus, cũ pace quieuit.
Arripuit Regni ſceptra illicò filius Achas,
Non

Non minus infandus vita,quàm vilior armis:
Nam gentis de more ſuos ſacrauit Idolis
Per flammas genitos , atque impia miſcuit aris
Thura nouis, coluitq. Deos, ritusq. nefandos,
Dæmonibusq. popoſcit opē , penitusq. ſupremo
Conuertit ſua terga patri, ſacri oſtia Templi
Sæpius irritans contempto Numine clauſit.
Ergo Palæſtinis ſeſe infeſtantibus Achas
Ceſſit, Idumæos victores pertulit armis ,
Conflictu cæſis plus centum millibus vno ;
Prædantesq. Syros ſæpè, Aſſyrijq. Tyranni
Perpeſſus iuga dura fuit, terrasq. rebelles :
Non ea virtutis,ſed nequam præmia noxæ.

S A-

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VNDECIMVS.

FIlius Ezechias in Iuda regnat ab Achas,
Vir pius, ac longè clarus virtute parata:
Cõtriuit ſimulachra Deùm, lucosq. nefandos
Succidit, turpesq. aras diſiecit Idolis,
Erectas patris iuſſu, Regumq. priorum
Excelſa abſtraxit, demolitusq. per vrbes
Eſt Iudæ cunctas; Serpentem ex ære remouit,
Cui thuris non digna aderat reuerentia cultus.
Non ille augurijq. leuis, non paſſus inanis
Vllibi aruſpicij ſtudium, non aſtra colendi:
Æquè præſcripto de limite cuncta fugauit.
Sennacherib circùm præfortia mœnia lachis
Obſeſſor ſteterat, quæ proſtrauiſſe laborat.
Interea miſſis Solymam Oratoribus vrbem
Deterrere minis parat, vt diffidere bello,
Et quaſi iam victa incipiat parere petitis:
Quin etiam verbis latè iactantibus auſus
Blaſphemare Deo, ac nomen temerare verendũ.

Non,

Non, inquit, poterit veſter Deus, vt neque gẽtes
Haſce alias potuere Dij ſeruare periclis:
Sub iuga Sennacherib vobis veniſſe neceſſe eſt,
Ac nomen metuiſſe meum, faſcèsq. potentes
Aſſyrij Regis, bellatricesq. phalanges:
Expedit in plenam vobis iurare, fidemq.,
Seruitiumq. meum, nullisq. obſiſtere votis.
Eſt mecum virtus, cui non Deus arbiter obſtet,
Aut obſtare poteſt, nec vos diſcrimine tanto
Eruere incolumes, modo ſit ſuperaſſe voluntas:
Quare agite in noſtri deſcendite vota furoris.
Ezechias his acceptis in ſacra recedit
Templa Dei, Dominũq. rogat pro plebe piorũ.
Ergo qui Solymæ fuerant, confidere iuſſi
Inſpirante Deo, nec pertimuiſſe minaces
Sennacherib faſtus Regis, vocesq. ſuperbas:
Præſentes eſtote animis, ſperate futurum
Iſaias, inquit, vos vt Deus arbiter orbis
Eripiat lætho; nec ceſſerit hoſtibus eſſe
Prædã vrbis Solymæ populum: remeabit iniquus
Sennacherib patrias hac vrbe ſuperſtite terras:
Solliciti remouete metus, meſtosq. timores
Mittite: cæleſtes aderunt, vt ſæpe fauores:
Blaſphemus ſua damna feret, Superumq. parẽtis
Gloria perpetua celebris cum laude feretur.
Miſſi ergo reſponſa ferunt: præcordia circùm
Sennacherib Regis ſuccenſa efferbuit ira.
At non Diuinus furor impunita reliquit
Impia Sennacherib verba, aut iactata ſceleſtè:
Namq. Oratores vbi ſunt in caſtra reuerſi,
Sub noctem interitum paſſus fuit ipſe ſuorum,
Alite de cælo miſſo, atque vltricibus armis.
Sic eſt parta ſalus vrbi, ſic cognita vitæ
Authoris, vatisq. apparuit inclyta virtus:

Digitized by Google

Sic patriam repetit de tot modò millibus vnus
Sennacherib, gratesq. Deo non rettulit idem.
Cùmq. Deos actu coleret veneratus apertè,
Occubuit, natos in ſeſe expertus iniquos,
Et parricidas propter patrata nefandè
Crimina, & elatas contra cæleſtia mentes.
Angitur Ezechias magnis languoribus artus;
Hunc adit Iſaias, diſponere præcipit idem,
Quæ velit in rebus, cùm ſit periturus ab atra
Vi morbi, ac nulla poſſit ratione leuari.
Mox abit Iſaias: at Rex orare frequenti
Cum fletu Dominum occœpit, miſereſcere vellet
Æui immaturi, geſtarumq. ordine rerum,
Pro pietate ſibi, ſiue ex virtutis amore.
Audijt Omnipotens voti miſerabilis actus:
Iſaiam vocat, hinc retrò remeare coegit,
Atque ait, ecce addam Regi tria luſtra petenti;
Hoc ſciat. ille redit, quò nuncia læta reportet.
Sed Rex ſigna petit, Solem per dena reuerti
Limina: & efficitur quodcũque exoptat abundè,
Iſaia exorante Deum: mox vlcera curat
Ficubus, ac terna plenè fore luce valentem
Iſaias memorat. nec ſpes Regem iſta fefellit.
Audierat Berodach, qui Rex Babylonicus eſſet,
Languorem Ezechiæ; tùm conualuiſſe, nec vllis
Iam ſubſtare malis: ergo ſua munera mittit,
Atque Oratores, ſibi qui gratentur ouantes.
Excipit ille libens, gazasq., & aromata, & auri
Oſtentat reſerans, ac vana paſcitur aura
Humanæ laudis; nec quicquam defuit inter
Condita ſollicitè, quod non monſtrauerit ijſdẽ
Ergo dimiſſis Solyma Oratoribus vrbe,
Iſaias ſubitò Regem conuenit Iudæ,
Atque ait, haſce meas animis infundito voces,
Tem-

Tempus erit,quo delicijs ditabitur iſtis,
Atque auro Babylon, cui tu reſeraueris ante
Oſtentans; ſemenq. tuum Babylona trahetur,
Seruiat vt populo quem tu feciſſe videris
Tanti; vt propterea fueris modò vana ſequutus.
Ille refert, mihi pace frui tantummodò curæ;
Cætera conſilio Domini tractanda relinquo.
Ezechias tandem moritur, ſuccedit auito
Manaſſes Regno, qui peſſima quæq. ſequutus,
Præterea innocuum fudit perſæpe cruorem.
Excitat Aſſyrios contrà Deus arduus ira,
Qui vinctum duxere hominem in Babylona nefandam:
At reducem Solyma aſpexit peccata gementem,
Vaſtantemq. prius, quas ædificauerat aras
Impiè,& infandos queis thura adoleuerit ignes.
Extinctum ſequitur Manaſſem filius Amon
Non recti, iuſtiq. ſequax, ſed perditus author
Fœdorum ſcelerum,ſceleratorumq. malorum.
Ergo contra Amon coniurauere frequentes,
Percuſſumq. dedere neci. fit Ioſia Rector,
Ac princeps populi de ſemine proditus Amon.
Cũcta Amon damnes,niſi quod generauit Ioſiã:
Ergo hic, quæ Vates quondã prædixerat,explet,
Diripit infandas aras, deturpat Idola,
Excindit lucos, perdit ſimulachra Deorum,
In cinerem redigit vitulos, queis thuris honorẽ
Ieroboam dederat, vel qui ſunt inde ſequuti
Ieroboam Reges; excelſaq. diſſipat aſtris
Sacrata, Ezechiæ ſimilis,ſimiliſq. Dauidi.
Tùm Domini templum percuſſo fœdere ſecum
Expurgat, reparatq. libens, ſublatus aruſpex;
Augurijq. leuis non obſeruabilis error,
Diuinis penitus ſic præſcribentibus ante

Legibus, atq. Holda Thecuite pphetide verbis:
Quin etiã in cultum Domini celeberrima phaſe
Inſtituit, cœtuq ſtudet celebrare frequenti.
Ecce autem Pharao aſcendit Babylonica contrà
Agmina ad Euphratem: ſed prælia Ioſia miſcet
Inuito occurrens inito certamine ferro:
Ioſia percutitur, deſperataq. ſalute
Occidit, heù nimium ſemper plorabilis idem.
Filius hunc ſequitur Ioachaz, cui poſtea victor
Sceptrum adimit Pharao, ſecũq. abducit, iniquis
Moribus vtentem, Ioacimq. in regna reponit.
Hunc Ioacim fratris veſtigia pone ſequutum
Aſſyrius ſubigit Ductor: tamen ille rebellis
Effectus, iuga diſcuſſit. Quo tempore Iudith
Vna Holoferna Ducẽ ferro obtrũcaſſe refertur,
Fiſa Deo, pariterq. modis ſolertibus vſa.
Filius huic Ioachim ſucceſſit peſſimus idem,
Qui ductus Babylona fuit regnante Nabucco:
Tunc Rex amotus, ſemotaq. Regia mater,
Coniuxq., ac nati famulantum ac turba virorũ;
Aurea tunc etiam ſunt vaſa ablata ſacrorum,
Ac lecti iuuenes ſecum in Babylona nefandam.
Præficitur Solymæ mox patruus illius vrbi
Sedecias, non ipſe malis meliora ſequutus
Regibus; vt tandem cum defeciſſet, ab hoſte
Aſſyrio captus fuerit, natiſq. peremptis
Vincula ſit miſerè, ſuffoſaq. lumina paſſus.
Vrbe expugnata tandem, velut ante propheta
Ieremias cecinit, qui protraxiſſe laborat
In melius ciues, ac multa pericula dudum
Pertulit inſidijs Regis, ſubiecta cremauit
Flãma ædes Domino ſacras, Templũq. colendũ,
Vulgus iners terras Iudææ habitare relictum,
Godolia cunctis præfecto à Rege Nabucco.

Tem-

Tempora poſt aliquot tamen inſidiatus eidem
Iſmahel occidit Præfectum, atque inde recedit;
Cætera turba virûm Marcotica Regna petiuit
Ocyor, vt totis fieret diſperſio terris.
Regales pueros, quos Rex aduexerat inter,
Fortè fuit Daniel Domini placidiſſima cura:
Ecce Nabuchdenoſor Regali è ſemine poſcit.
Conſtitui famulos, ſibi qui conſtantius adſint
More miniſtrantum, ac dura ſub ſorte manentũ,
Conſpicuos forma, ſectatoresq. bonarum
Virtutum, ac latè doctrina, ac ſenſibus auctos.
Eligitur Daniel, ac iuncti ſanguine ſecum
Ananias, atque Azarias, Miſaelq. miniſtrant.
Cùm Daniel eſſet iunior, Suſanna duorum
Arte ſenum arguitur quaſi turpis adultera, quòd non
Optatis parere ſuis voluiſſet in hortis.
Iam populus falſis permotus teſtibus audet
Obruere hanc ſaxis: ſed confidentius ipſa
Diuinum auxilium implorat, numenq. precatur:
Diſijce, ait, tenebras pater O quibus impia falsò
Opprimit innocuam vis, vt tua gloria creſcat,
Ac virtutis honor, populus cognoſcat abundè
Vera tuus; falſa ne captus imagine veri,
Concipiat peccata animis, ac pectore verſet:
Vitæ cura meæ non me mouet, aurea virtus
In me victa cadit, deſpectaq. iura pudoris.
Audierat Daniel, cui ſpiritus amplior aurem
Vellit, & admonuit non fidere teſtibus ijſdem:
Interea reuocare gradus, ac tendere contrà,
Imperat, vt rurſus cauſſæ diſcuſſio fiat,
Ac noua iudicij deciſio ponè ſequatur.
Alterum ab alterutro teſtem nil tale timentem
Separat: expoſcens ediſſerat, arbore ſub qua

Turpis adulterij mulier tentaſſet amores.
Ingenium valuit, retegit diſcordia concors
Mendaces ſeniorum animos, & cæca malorum
Pectora diſſenſu certo. furit impiger inde
Deceptus quondam populus, miſerosq. volantū
Ingenti à tergo lapidum contexit aceruo,
Iuſtitiæ monumenta ſuæ quò clara ſuperſint.
Eſcas pro pueris Rex conſtituiſſe refertur
Præpoſito lautas, ſed ſacro iure prophanas.
Ergo cum Daniel nollet fœdare ciborum
Proluuie mentem, ſed detrectaret auitis
Ritibus opponi, ac mores miſcere nefandos,
Hortatus ſocios, obfirmatisq. viciſſim
Pectoribus, ſic præpoſitum eſt affatus eundem:
Optimè Dux hominū, patrias non rūpere leges,
Nec veſci immundis penitus ſtat firma voluntas:
Vtere tu lautis, nobis communibus vti
Eſt ſatis; atque ſuper menſis elegantia curæ
Non ſit noſtra tibi, fuerit cibus iſte decori
Cauſſa potis, tua nec ſpectata putabitur eſſe
Propterea corrupta fides, neque prodita virtus.
Annuit is iuueni, ceſſasq. libentius eſcas
In ſua mutato conuertit commoda ſenſu;
Perpetuòq. cibis idem eſt melioribus vſus.
Ergo Nabuchdonoſor quædam poſt tēpora Regi
Cum ſocijs Daniel aſtat, tentataq. virtus,
Et ſapiens animus latè, ac prudentia rerum
Cognita mens iuuenū Regē obſtupefecit eundē,
Somnia Rex vidit, ſed viſa receſſit imago
Tota animo, oblitusq. ſui, rerumq. nouarū eſt:
Aduocat ecce Magos, ſerienq. expoſcere cœpit,
Et cauſſas homini ignotas, ſoliq. patentes
Rectori Superùm, curatoriq. bonorum.
Edidicit tandem Magicis non fidere verbis.

At Daniel facilè fatorum arcana ſilentum,
Remq. omnem monſtrante Deo, ambagesq. reſoluit:
Namq. ait, in Regnis ea ſunt portenta futuris;
Et ſimulachra notant varijs diſtincta metallis
Cum lapide excuſſo, terrasq. vmbrante patentes,
Res hominum varias, ac ſceptra inſignia Regũ;
Quæ domat & cunctos Diuina potentia Reges.
Illicò Rex culmen tantæ virtutis honorat,
Præficit atque alijs, quem ſcit præcedere ſenſu:
Sic inſperatò ſortem ſuperauit iniquam.
In Dura campo ſimulachra ingentia quondam
Conſtituit Rex ipſe, animi leuitate ſuperbi
Percitus, atq. omnes populos ibi adeſſe ſubactos
Imperat, ac flexo venerari poplite ſigna:
Peruerſum, inſanumq. ſcelus. fluit illicò totis
Congeries hominum terris, dignatur honore
In fixo ſimulachra loco, ſtrepituq frequenti
Perſonat interea cælum, & clangore tubarum.
Tres toto è numero, totaq. è gente viciſſim
Ananias, atque Azarias, Miſaelq. recuſant:
Illicò defertur res hæc notiſſima Regi.
Ergò ferox animis, atque acri feruidus ira
Accitos parere iubet, ſeu funere perdi:
Atque ait, In vobis potuit ſediſſe voluntas
Præceptis obſtare meis, cultusq. notatos
Spernere, ac erectis non procubuiſſe coloſſis?
Eligite ergo meas ſeu nunc opplere querelas,
Siue abſumpturos perferre tenacius ignes.
Vnanimes contrà iuuenes reſponſa tulerunt,
Vt tibi Rex hominũ ſint corpora ſubdita rerũ,
Aſt animus ſuperans non in ſublimibus hæret
Curſibus aſtrorum, ſed tranſcendentius errat:
Neſcia ſeruitij mens eſt, ea libera curſu

Euolat, & magno reddit ſua vota parenti:
Hanc igitur ſtupidis turpe eſt ſupponere ſignis.
Rex obfirmatum vt late perſiſtere pectus
Conſpexit, ſeu corde furens, ſeu concitus ira,
Fornaci vinctos, flammisq. voracibus infert.
Sed verò Superum Rector, cuſtosq. piorum
Incuſtoditos non paſſus iniqua ferentes,
Interea iuuenes, aut lædi corpora flammis;
Alituum è numero, ſocium quem deſtinat eſſe,
Ac defenſorem, medios intrare ſub ignes,
Ac ſecum perſtare diu, quoaduſque tenaci
Conceptum excutiat populus cum Rege furorē.
Nec tamen interea iuuenes incendia paſſi,
Aut victi flammis animo ceſſere fideli:
Intacti manſere loco, fugit igneus ardor,
Auraq. inoffenſos tenuis perlabitur artus.
Ipſe Nabuchdonoſor Rex admiratus, honorem
Authori tantorum operum haud deferre recuſat:
Prædicat in populis ſupremi nomina Regis,
Ac vetat humano temerari pectore Numen:
Exemplum Diuini alijs ſolemne timoris.
Somnia Rex iterum varios referentia motus,
Et caſum Regni vidit, durosq. labores,
Turbatasq. vices, atque infelicia Regni
Tempora, non dubio ſic decurſura rotatu;
Atque hæc arborei per ſymbola cognita fœtus.
Nec tamen in propriū potuit deſcendere ſensū,
Donec ab edocto Diuinitus auſpice fluxit,
Balthaſſar Rex factus erat ſtirps impia Regis:
Hic populi Ducibus conuiuia lauta parauit.
Ergo mero dum corda calent, coràm aurea ferri
Vaſa iubet Solymis quondam aſportata ſubactis,
Contemptus in ſigna ſui: meretricia ſumit
Pignora ſacra manus, nec formidare videntur,
Aut

Aut horrere nouos deſpecto numine luxus.
Interea paries digito per verba notatur
Atra leui, Regiq. grauis condicitur ira:
Mane, Thecel, Phares, adſcriptio mira fuerunt.
Hic animi dubius Rex, & conuiua reſiſtit:
Arrectæ riguere comæ. tandemq. vocati
Acceſſere Magi, ſed non edicere ſenſus
Rectori potuere ſuo, quoaduſque fugatas
Reginæ accitus Daniel ſermone parentis
Excuſſit tenebras animis, ac vera retexit,
Iudicium impendens non retractabile Diuum:
Annuitur Superum, ac magni ſententia Regis,
Exitium Regnis portans ſolemne ſceleſtis.
Nec tamen impurus Rex dedignatur honore
Hunc Vatem auſpicium longè læthale canentem:
Illicò purpurea chlamide, ornatuq. decoro
Induitur, torques circumdatur aurea collo,
Tertius & quondam noti faſtigia Regni
Ordine ſumma gradus titulo præconis adeptus,
Pro funebri cantu lætiſſima dona reportans.
Nec tamdem effugit tantum ſua funera Regem,
Ceſſit enim in Medos Duce Balthaſſare peremptoʼ,
Rex Darius: ſtatuit Satrapas, qui Regna gubernent,
Vt curis vacuus non ſentiat ipſe laborem.
Hos Daniel princeps inter decernitur eſſe.
Oderat ergo Ducum cœtus ſuper omnia Vatē:
Exorat Regem firmari nomine legis,
Ex nullis hominum penitus, nulliſve Deorum
Toto menſe aliquid præterquam Rege petendū.
Interea Daniel cautè obſeruatur in ipſis
Ædibus; ac Domino ter fundere vota repertus,
Non intermiſſis toto ſub menſe diebus.

Extemplò Dario Regi res iſta refertur,
Poſcitur ac lætho, quaſi peccauiſſet iniquè.
Rex tulit hoc ægrè Darius, Vatemq. laborat
Eripuiſſe neci, miſerè ne forte periret,
Demiſſus lacubus, queis eſca leonibus eſſet,
Sed non inuidiæ potis eſt obſtare furori:
Detruſere loco Vatem: obſignata supernè
Oſtia ſunt, Dariuſq. redit poſt tempora quædã,
Incolumemq. virum reperit, ſeruataq. membra,
Ingenio parcente ſuo feritate leonum.
Deijcitur iuſſu Regis delator eodem:
Illicò diſcerpunt detruſum in fruſta leones.
Ergo famem didicere pati, qua poſtea caſu
Impia perfacili poſſent ea corpora perdi.
At non Imperij Darius, qui tractat habenas
Pectora ſydereo geſtat male fida parenti:
Nunciat in Regno celebrandũ in tẽpora Numẽ
Propitium famulo dura ſub ſorte iacenti.
Cùm Balthaſſar adhuc Rex eſſet, ſomnia vidit
Mira idem Daniel, ac Regna notantia terris,
Prima leonis erant, vrſi ſunt altera, pardi
Tertia, deſignat & quartum ferrea Regnum
Donec iudicium Iudex conſederit orbis.
Rurſum Aries primò regnat, mox ceſſa ſecundo
Regna Hirco, cuius poſt cornua quattuor extẽt:
Inde aliud ſequitur ſanctos per prælia vexans,
Donec in has Iudex exurgat ab æthere terras.
Orantem hebdomadas Gabriel docuiſſe refertur
Tẽporaq., & varios populi per ſingula motus,
Oppoſitosq. Duces Superũ, ac ſua quoſq. tuẽtes,
Curaſq. impoſitas Regnorum, & publica rerum.
Interea cum Rege ſuo Babylonica turba
Infandi ſimulachra Dei, Belumq. colebat
Perpetuis opibus, ſumptuq. fouebat inani.

Rex

Rex ergo aggreditur Danielem, ac talibus infit:
Nos omnes Belum votis oneramus apertè,
Supplicibus, pariterq. animis veneramur amicis:
Tu ſolus ſcelus eſſe putas coluiſſe, nec vllo
Diuini prorſus cultus dignaris honore:
Quid tua nobiſcum diſſentit opinio tantùm?
Aut quid diſſimiles gignunt tua pectora motus?
Vtere compoſita viuendi lege, tuoq.
Iudicio firma, Babylon quod nutrit, Idolum.
At Regi Daniel ſic reſpondiſſe refertur,
Nequaquam Deus eſſe poteſt, cui vita negatur,
Et caret hoc animo, nec vitæ paſcitur aura.
Cui tu Diuinos, ò Rex decernis honores,
Senſibus humanis ea cura indigna putanda eſt.
Parce tibi, mentiq. tuæ. non debita præſtat
Seruitia iſte animus, neque ſic ſubigendus idolo eſt.
Viuere, & appoſitas conueſci creditis eſcas
Marmorei ſimulachra Dei, atq. abſumere mēſas:
Dedecet humanos Superis adiungere motus,
Atque immortalem mortali fingere ſenſu.
Turba Sacerdotum appoſitis conueſcitur eſcis,
Menſasq. abſumit, fructuq. potitur opimo
Rerum electarum, decretorumq. ciborum.
Quare age perpetuos mecum decernito cultus
Rectori Superum, fundatoriq. bonorum.
Si dubitas, tentaſſe licet, cribroq. ſolutos
Excuſſiſſe potes cineres, quò cognitus error
Occultæ nimiùm referet miracula fraudis.
Expertus reperit malè ſe confidere Idolis;
Ac cæcos aditus tandem, cæcasq. latebras
Agnouit, quibus ingreſſi conſumere menſas
Nocte viri dapibus quondam aſſueuere paratis.
Rex ergo iratus Beli deſtruxerat aras,

Atque Sacerdotum ſucciderat enſe cateruas.
Interea exoritur Danieli occaſio laudis
Altera, & aſperitas non contemnenda timoris:
At Deus in melius ſubiecta pericula vertit.
Nam Rex idem aliàs ſolitus dare thura draconi,
Incitat hunc verbo ſimiles concurrere in actus:
Sed renuit Daniel, ac ſic affatur eundem:
Parce meã, Rex alme precor. ſubuertere mentẽ:
Eſt ratio in nobis, cui, ſi quis forte repugnet,
Bellua dicetur potius, quin bellua fiet,
Submotis animis, ac recto tramite ſecum.
Si per te liceat facilè, non enſe, vel armis
Diſrumpi faciam, quem tu quaſi numen adoras
Serpentem, ac terris animam exhalabit iniquam.
Rex cedit: Daniel cum pice immiſcuit offam,
Atque ori iniecit: diſrumpitur illicò ſerpens,
Et crepuit medius, Rege admirante viciſſim.
Vndiq. concurrit Babylonica turba virorum:
Subripitur Daniel, qui ſæua leonibus eſca
Vt fieret lacubus, per funem immittitur imis.
Sed non præterijt Dominus ſuccurrere Vati,
Impia ſæuorum clauſit namq. ora leonum;
Et ſublato Habacuc, qui tùm meſſoribus eſcas
Portabat, ſtatuit ſecum, mox inde reduxit
Iudæam in patriam. Daniel poſt tempora ſoſpes
Inuentus lacubus, per Regem educitur imis,
Detruſis per quos ſubijt diſcrimina Vates.

S A-

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER DVODECIMVS.

VIxerat Ezechiel eadem per tempora Vates,
Myſtica qui vidit ſacrarum plurima rerum:
Aſſuerus pariter Medus Rex extitit inter
Inclytus excelſos, Darius cui Regia proles.
Amanum Aſſuerus quendam ad faſtigia Regni
Extulerat ſocium, cui contemnebat honorem
Legibus edoctus vir Mardochæus auitis
Deferre, ac tumidos vani complere furores.
Iam Vaſthi Aſſuerum dapibus, vinoq. calentem,
Ac ſua liberius conuiuia ad ampla vocantem
Spreuerat; vxoremq. idem ſibi iunxerat Eſther
Hebræam Aſſuerus, Mardochæiq. nepotem,
Coniuge reiecta Vaſthi, penitusq. repulſa,
Conſilio ſeptem primorum, ac lege ſeuera.
Ergo Aman ſpretus, Regisq. fauore ſuperbus,
Cum Mardochæo totam diſperdere gentem
Deſtinat inſulsè: mendacia fingit, & aurum
Addere theſauris Regis promittit opimis:

Impetrat in toto fieri noua funera Regno.
Et iam mœſta dies, ac lamentabile tempus
Figitur: interea ſed Mardochæus iniquis
Conſilijs obſtare ſtudet, gentemq. tueri,
Reginamq facit ſuper hoc diſcrimine certam.
Protinus illa Deum ſupplex per vota precatur,
Et vota hæc inter ieiunia pura frequentat:
Tandem audet, Regemq. adijt, dapibusq. parādis
Inuitat cum Rege Aman, conuiuia ſtruxit,
Rex, Amanq ſimul menſas petiere paratas,
Inſultante Aman nimiùm nouitate fauoris,
Occultos ortus Rex nondum agnouerat Eſther,
Quamuis in Regni ſociam aſſumpſiſſet eandem.
Ergo mero dum membra calent, Regina marito
Cū lachrymis aperit propriæ diſcrimina gētis,
Et cauſſam docet eſſe Aman, cœcumq. furorem,
Perfidiamq. viri nequam, quò poſteà tendat
Inſidias fortaſſe ſibi, Regemq. trucidet.
Illicò Rex ardens animis, iraq. furenti,
Imperat infandum caput, agnatosq. ſceleſti
Seminis affigi crucibus, quas ante pararat
In Mardochæi mortemq., ac funus acerbum:
Muneraq. Amani vir Mardochæus obiuit.
Exitus iſte fuit rerum, mentisq. ſuperbæ.
At prius vt gratos animos oſtenderet idem
Rex Mardochæo, qui quondam detulit hoſtes
Impia in Aſſueri Regis caput arma mouentes,
Inſomnis penitus tota cùm nocte fuiſſet,
Ac meminiſſet opus factum; præceperat Aman,
Vt Mardochæo, quos ante notaſſet honores,
Dilecto Regi dandos, ſibiq. ipſe parari
Crederet, extemplo non impertiſſe recuſet.
Aſſuerum Darius pro Regni ſorte ſequutus,
Aſtiages Darium, cui ſceptrum Cyrus ademit.

Hic

Digitized by Google

Hic vbi Perſarum dextra deſumpſit habenas,
Agnoſcens magno fluxiſſe hæc dona parente,
Illicò diuinum Templum inſtaurare laborat.
Iam toto edictum in Regno proponitur, vt qui
Hoc velit, aſcendat Solymam; patriosq. penates,
Regales decernit opes, ac plurima rerum
De gazis capienda ſuis, quò machina ſurgat,
Si non digna Deo, at magno digniſſima Rege.
Vndique confluitur, conſpirauere frequentes
E captiuorum numero, vt conceſſa ſequantur.
Aurea Saſſabaſar vaſa, atque argentea Templo
Cũcta capit ſublata prius, Solymamq. reportat:
Fundamenta ſacræ populus iacit impiger ædis:
Eijcitur ſacris, qui non bene ſemina ſtirpis
Edocuiſſe ſuæ poſſit, patresq. Leuitas.
Zorobabel populi princeps, Ieſusq. ſacrorum
Extitit, hortatu quorum felicius ædes
Aucta ſtetit Domini, Solymæq. vrbs ardua cre-
uit.
Nec minus impulſu Vates iuuere ſeuero
Aggæusq., & Zacharias, fidiſſe iubentes,
Tempus adeſſe vrbis rurſus, Templiq. dicandi:
Finitimi obſtiterant certi turbare laborem.
Aſſuero ſub Rege prius, mox ſceptra tenente
Perſarum Dario, rurſus renouata ſuperbi
Cura operis fuit, & cunctis feruere diebus
Cœpit, vt illa manum fuerit ſortita ſupremam.
Zorobabel etenim cùm coràm Rege loquutus
De ſummis veri totius viribus eſſet,
Expertus facilem eſt quæſita ad munera Regem.
Non hos vel falſi Vates, non impetus hoſtis
Terruit; & Darius reſcripto prima ſereno
Firmauit dona, ac iuuit Regalibus vrbem
Sumptibus, & contrà obſiſtentibus atra minatus.

Rex

Digitized by Google

Rex Artaxerxes rurſus cum ſceptra teneret
Perſarum Regni, felicius Eſdra ſequutus,
Ac libertatem populi quæſiuit auitam,
Indulgente ſibi facilè Artaxerxe petenti.
Eſdræ ſub dicti ſurrexit Atherſata tempus:
Namq. Artaxerxi cum vina infunderet idem
Inſtructa in menſa, vultus, & corda gerebat
Præ ſe mœſta nimis. Rex ergo vbi nouit abundè
Mœſtitiæ cauſſas, ſtatuit ſibi tempus eundi,
Ac certos reditus, ſi quà fortaſſe reciſæ
Excidio patriæ poſſet ratione mederi.
Sic votis ſors iuncta cadit, ſic pectore ceſſit,
Ac vultu mœror, Solymæ & ſubuenit egenti,
Compleuitq. vrbem, poſtesq., ac mœnia fecit,
Incaſſum circa poſitis obſtantibus aſtu;
Goſſeuq., ac Tobia ſecum, ac Sanaballat acerbo,
Eliaſib excelſo ſacrarum Antiſtite rerum,
Edocuit legem Domini, ritusq. receptos
Gentibus admixtum ſemen proiecit iniquis:
Ac dubios longo referentes ordine patres,
Participes ſacrorum eſſent, ne fœda ſequuti,
Quin etiam feſtos auſi temerare dierum
Sæpe redarguti, ſanctaq. ex vrbe repulſi,
Omnia quæ geſſit vir præſtantiſſimus, in ſpem
Sortis venturæ, ac veræ pietatis amorem.
Progenuit Ieſus Ioacim, Ioacimq. parentem
Eliaſib agnouit, quo natus Ioiada vixit,
Ioiada ſed Ionatham, qui Ieddoa prodidit orbi.
Perſarum extincto quædã poſt tempora Regno,
Cùm vario Darium conflictu, ac funere belli
Vicit Alexander, rurſumq. in fruſta reſecto
Emathij Imperio Regni, ſucceſſerat Onias:
Tùm Solymæ virtus, pietas & vera vigebant,
Redditibusq. ſuis Reges ſacra templa fouebant.

Rex

Rex Aſiæ Seleucus erat, qui plurima miſit
Sæpius, ac Regi Regum libauit honores.
Intereà ſtultè cœpit noua quærere Templo
Beniaminæus Simeon præfectus auito:
Ergo Oniam accuſat, clarèq. talenta ſceleſto
Monſtrat Apollonio, qui res pro Rege gerebat,
Argenti, atque auri non pauca recondita Tẽplo.
Is Regi lætus cauſſam denunciat omnem:
Rex Heliodorum Solymam properare coegit,
Argenti, atque auri iuſſit cognoſcere pondus
Delatum, totumq. ſibi abſtraxiſſe repertum.
Illicò feſtinat facinus tentare: ſuamq.
In pœnam infelix properat. commotus iniquis
Imperijs Solymæ populus, cauſſaq. ſiniſtra,
Diffluit in lachrymas, ac pectore triſtia voluit,
Incertus rerum, caſusq. ſubinde futuri:
Ac, qualis quondam turbata furentibus auſtris
Pertulit vnda vices, ac toto mixta profundo
Inſtabili impulſu, ventisq. coercita feruet;
Talis erat Solymæ facies, & corda piorum.
Ergo Heliodorus, ſecum iunctusq. ſatelles
Aggreditur Templum, gazis inhiare paratis
Incipit, argentum, atque aurum tractare nefandè,
Ac ſecum aſportare diu ſeruata pupillis.
Illico terribilis terræ proſtrauit iniquum
Seſſor equi, ac bini circa obſidere feroces,
Proſtratum iuuenes cædentes terga flagellis:
Intereà circum caligine funditur atra,
Ingemit, ac timido carpit ſuſpiria corde.
Aſtantes orare Oniam cœpere frequentes,
Caſu permoti miſero imprudentis amici:
Ille interceſſit medius, veniamq. reportat,
Quamuis immeritam paſſo, vacuumq. remittit.
Rex noua Seleucus ſtupet ad miracula rerum:

Ac

At Simeon, cui ſenſus erat, pectusq. malignum,
Contra Oniam Regem irritat, Regisq. rebellem
Inſontem immeritò vocat, inſidiasq. parantem:
Sic Oniam tandem ad Regem deſcendere cogit.
Hæc inter fatis cedit Rex ipſe ſupremis,
Nobilis Antiochus cùm ſuſcepiſſet habenas
Eiuſdem Regni, nixus ſubuertere gentem,
Iaſone fratre Oniæ Regem impellente nefando.
Ergo præficitur ſacris delator iniquus,
Argenti, atque auri cum ſpe viciſſet eundem
Antiochum, ac patrios vellet ſubuertere mores,
Stultitiam exequitur mentis: iam Græca vigebat
Gloria in electa patria, ritusq. prophani
Neglecto Templo, neglecto & numine Templi:
Theſauros miſit, quos Rex ſacrauit idolis.
Rex idem Solymam cum conceſſiſſet in vrbem,
Magnifico exceptus ſcelerato ab Iaſone cultu eſt.
Ergo iterum Iaſon mittens ſua munera Regi,
Decipitur pariter Menelai fraude; reportans
Præmia decepti quondam ſibi fratris, & vrbis:
Mox abijt profugus terras expulſus ad Ammon.
At Menelaus audax, qui plura talenta fuiſſet
Pollicitus Regi, cùm non ſeruaſſet eidem
Promiſſum pondus, deiectus ab ordine sūmo eſt.
Huic frater Simeon fuerat: ſed poſtea quædam
Furatus tandem ſacro vaſa aurea Templo,
Detulit Andronico Magnati Regis, & illum
Perpulit, vt ferro iuſtum deperderet Oniam:
Occiditur, paulo ſed poſt vindicta ſequuta eſt.
Nam Rex Andronicum lætho damnauit acerbo.
Suffectus quondam Menelao multa patrarat
Impia Lyſimachus, propter quæ concita plebis
Ira fuit, mortiq. caput dedit illa nefandum.
His ſuper aduerſus Menelaum inquiritur, vt qui
Cauſſa

Cauſſa mali tanti potior, ſcelerumq. fuiſſet:
Iudicium promiſſo auro peruertitur omne:
Nam ſorte erepto fatis occiditur inſons.
Sæpius inde polo Solyma diſcurrere ab vrbe
Viſus eques, bellumq. intermiſcere cohortes
Aereæ, magnos & circum voluere curſus:
Aeratæ galeæ ſteterant, gladijq. minaces,
Telaq. ab extento micuerunt eminus arcu:
Prodigijs terrere nouis miracula rerum
Incipiunt, animos ac perturbare trementes.
Ecce autem Iaſon aſſumpto milite, ciues
Aggreſſus latè perimit, tandemq. repulſus
Aufugit profugus, perijtq. miſerrima paſſus.
Præterea Antiochus Solymã conſcendit in vrbẽ,
Expugnatam armis, ſortemq. induxit acerbam:
Namq. homines paſſim nullo miſerante cecidit,
Vendidit & plures, alios abduxit in vrbes,
Ac Templum Domini gazis ſpoliauit auitis,
Succeſſu nimiùm, nimiùmq. elatus iniquo:
Nec tamen abſcedens penitùs deceſſit ab vrbe,
Præfectos ſtatuit latè vexare paratos.
Inde oppreſſurus grauius per tempora gentem
Miſit Apollonium, cædisq. qui funera rurſus
Patraret durè, & caſus renouaret acerbos.
Miſſus adeſt, paſſimq. homines, puerósq. peremit,
Inde alium ſtatuit, qui falſis perderet vrbem
Ritibus, ac mores introduxiſſe prophanos
Quæreret, obſtantesq. inuiſa morte necaret.
Is ponit ſimulachra Ioui, cui thura darentur,
Illicitosq. cibos miſcet, meretricia ſacras
Interea ſedes per Bacchanalia fœdant:
Iam delata ſuos circumcidiſſe puellos
Bina per excelſos deiecta eſt fœmina muros.

Ecce

Ecce annis grauior mores Eleazar auitos
Deſerere impulſus perfecto corde reſiſtit,
Diſſentitq. animis, pergitq. obſiſtere verbis:
Suſtinet ergo necem per verbera dura libenter.
Septeni fratres clari pietate fuerunt,
Et pariter genetrix. Hos Rex accerſit iniquus:
Hortatur patrios temerare libentius vſus,
Gentileſq. ſequi ritus, legeſq. prophanas.
Omnes firmato contradixere petitis
Pectore, & vnanimes pariter ſubiere labores,
Cum genetrice ſua tradentes corpora lætho.
Nec minus in ſacros fluxit veſania libros,
Correpti flammis, ſciſſiq. ſuperbius ardent.
Ecce autem ſteterat Modin Iudæus ad aras,
Antiochi Regis mandata implere paratus:
Vidit Mathathias, ac pectore feruidus imo
Nequã hominem in zelũ legis mucrone trucidat:
Quin etiam infandas turpare licentius aras,
Et compellentem patrias reſcindere leges,
Audet terrificis interfeciſſe ſub armis.
Auocat inde ſuos ſecum, & quos repperit eſſe
Accenſus zelo ſacrorum, ac legibus æquis,
Conſcendit rupes, atque alta cacumina montis,
Tutus vt hoſtiles poſſit repuliſſe furores.
Quinque fuere viro nati, virtutibus omnes
Clari, & felices latè ſucceſſibus omnes:
Tanta ſæpe parens, ac dignus prole virorum.
Occidit hortatus patrios defendere ritus,
Ac legem Domini ſanctam, & cæleſtia rerum,
Vt leo conſurgit peragenda ad prælia Iuda,
Qui dictus Machabæus erat, clariſſimus armis,
Ac virtute animi, qui præſtantiſſimus eſſet.
Mouit Apollonius gentes contra agmina Iudæ,
Ac victus cecidit cum gentibus inde fugatis:
Po-

Poſtea contritus multo cum milite Seron,
Qui contra arma tulit, penitus quo perderet hoſtes.
Audijt Antiochus, conſternatusq. viciſſim
Mente fuit, ſtatuitq. Duces in prælia fortes.
Gorgia cum Iuda primus concurrere viſus,
Ac primus fugit: Lyſias congreſſus eidem,
Posteà diſperſus tota cum gente receſſit:
Inde vrbem Solymam petijt Iuda, & loca latè
Mundauit ſancta, & ſacros libauit honores
Æthereo patri rurſum, atque altaria fecit:
Quippe vbi ſacra prius faceret, virgulta virebãt.
His ita compoſitis, & ſacris ritè peractis,
Ædificat muros Solymorũ, atque oppida Mello.
Vt circa oppoſitæ nouere hæc omnia gentes,
Conuenére ſimul certæ diſperdere Iudam,
Ac ſocios, nè fortè iterum contingeret vrbem
Surgere, & obiectis contrà conſiſtere Regnis.
Interq. hos Eſau, quem debellauit Idumæ,
Acrabathana, Beanq., Ammonq., & Gazer iniquam.
Diuiſo poſthæc inter ſe milite Iuda
Cum Ionatha, Boſor cepit, Timotheiq. repellit
Caſtra ſemel, rurſusq., vt latum traijcit amnẽ,
Raphon, & Caſbon, & quondam oracula veri
Maſphat cũ Mapeth, Carnamq., atq. ardua, lapſu
Ephron commiſſo præduro ad mœnia bello:
Inde vrbem lætus remeat, patrioſq. penates.
At frater Simeon ſumpto cum milite verſat
Circuitu Galilæam omnem, Tyrioſq. rebelles,
Atque infeſtantes ſocios è limite pellit.
Iuda ſed Azariam curare domeſtica quendam,
Et quendam Ioſeph cento cum milite ſanxit:
At vetat hoſtilem congreſſum. hi vana ſequuti

Iam-

Iamnites cepiſſe volunt, ſed funera captant,
Occiſi miſerè, magnaq. ex parte fugati.
Tùm Iuda Auſtralẽ Chebron percuſſit Idumæ,
Azotumq., arasq., & ſculptile perdidit omne.
Intereà cupiens curare negocia Regis
Antiochi quidam, qui Regius eſſet amicus
Nomine Philippus, quiq. & collactꝰus eſſet,
Immiſit Gorgiam, iunctumq. Nicanora ſecum,
Bacchidem, Timotheumq. adiecit, & ardua bello
Corpora, qui ferro congreſſi viribus æquis.
At numero plures correpti corda pauore
Conuertére gradus: tamen hos intercidit inter
Philarches nequam; Calliſthesq., oſtia quondã
Qui ſacra ſuccendit, torenti abſumitur igne.
Antiochus redit intereà de Perſide victus,
Inde vbi clauſum ingens argenti pondus, & auri
Abſtraxiſſe putat poſſe, ac potuiſſet iniquè,
Ni populus grauiter motus repuliſſet eundem.
Ergo vbi caſtrorum ſenſit ſuperata ſuorum
Robora, & oppreſſas multo cum milite gentes,
Sub digno Iudæ auſpicio victoris, & armis;
Ira ardens furit, ac properat rediſſe ſub arces
Iudææ rurſus, rurſus quò perderet vrbes,
Neſcius ingentem ſibi vitæ inſtare ruinam.
Sollicitat curſus, citius quò diſſipet hoſtes:
Illicò corripitur crudeli viſcera morſu,
Nec tamen infando reuocat de tramite mentem.
Ergo agitat currus, ferriq. velocius vrget,
Inde cadit, fœdèq. attritus vermibus eſſe
Viuus adhuc cœpit longè miſerabilis eſca.
Sic tandem agnouit contra ſe numinis iras,
Infelix, Dominumq. ſimul docet eſſe timendũ.
Vox ea terrifici caſus commota ruina,
Dum neque pro noxa doluit, neque legis amore
Per-

Percitus,& quoniam nõ pœna reſoluitur omnis,
Si quem pœniteat ſcelerum,cum durius inſtet
Supplicium in terris ſæpe,vt noſcatur abundè
Conſilium Domini curare negocia rerum;
Non potuit Superos cæli tranſcendere tractus.
Adde, quod in ſignum contriti pectoris in ſe
Pignora virtutis præmittere debuit idem.
Infelix moritur, qui Rex modò maximus eſſet;
Quin tanto è morbo ſi conualuiſſet iniquus,
Crediderit caſu factum, non numinis ira.
Sit Pharao teſtis, Nabathidesq. rebellis
Arenti dextra, & dura ceruice Philiſtijm,
Cùm terras arcam circumduxere per omnes.
Filius Eupator, quoniam voluiſſet Iuda
Subiectare Syon arcem,atque expellère Gentes,
Propterea & totis inſtaret viribus vti,
Arma mouet contrà,Lyſia Duce,& auſpice belli:
Sæpius aggreſſi muros, ac ſæpius illic
Concurrére pares nequaquam viribus hoſti.
At Deus Omnipotens cælo miſeratus eundẽ eſt,
Atque equitem Superis geſtantem arma aurea ab aſtris
Demiſit, qui ſe in bellum tueretur euntem.
Sic ergo mihi, Iuda refert, cælo aſtitit ales,
Quippe equidẽ dubiæ noctis bene viſa recordor:
Pugnandum hic durè, nullaq. ex parte timendũ
Edocuit, nam certè aderit victoria nobis.
Nec clypei fortes, aut copia militis obſtat:
Sæpè alias victæ gentes, pariterq. fugatæ
Turpiter, vt motas etiam nunc vincere turbas,
Poſſimq. facilè,ac medios prorumpere in hoſtes.
Dixit, & oppoſitas acies ardentius armis
Inuadens vrget, propulſatasq. repellit.
Tandem per Lyſiam pactum cum Rege,quietam

Vt

Vt vitam degant, ſacriſq. incumbere poſſint,
Sed placeat ſeruare fidem, ac ciuilia legum,
Regi Eupatori ſemper potiora petentes.
Optata ſic pace frui ſibi denique ceſſum.
Romanis virtutem etiam admirantibus, ijdem
Fœdere coniuncti, quæſitaq. fœdere quondam
Dextera amicitiæ, quò pax ſibi firmior eſſet.
Sed tamen haud paſſi plures deſiſtere ab armis:
Ioppitis etenim cum multi è fratribus eſſent
In mare demerſi, comperta fraude dolorem
Attulit, ac ſeſe penitus fuit vltus in hoſtes.
Iamnites pariter ſors eſt ſuprema ſequuta,
Perdere quòd vellent, quos ſecū viuere noſſent:
Inde Arabos fudit, Caſphin deuicit acerbam:
Sed Timotheus captus pro libertate ſuorum
Dimiſſus, pulſusq. exercitus omnis in vrbes,
Si fuit in victis magna quis cæde ſuperſtes,
Alternis cecidere armis: tùm Carnais hoſtis
Cæſus, & oppreſſit rurſus quā ceperat Ephron.
Scythopolim intereà placuit ſeruare benignam
Fratribus, & Gorgiam incuſſo terrore fugauit:
Doſitheus viuum deprenderat agmine Gorgiā,
Trax tamen abſciſſis humeris rapuiſſe refertur.
Cùm vita functos vellet donare ſepulchris
In vetitis Iuda edidicit peccaſſe repertos:
Hos propter Numen per dona impenſius orat.
Rex idem, ac Lyſias collectis gentibus arma
In fines Iudæ rurſus mouere propinquos.
Hos ſeſe Menelaus immiſcuit inter iniquus,
In patriæ Solymæ exitiū quaſi perfidus auceps.
Hunc quia multorum authorem ſenſere malorū,
Præcipitem ex altæ miſere cacumine turris,
Ac perijt dignas pendens pro crimine pœnas.
Ergo vbi congreſſi luſerunt cominus haſtis,

Ac

Ac ſeſe imparibus, ſed totis viribus inter
Concurrére acies, Iudæ virtute repulſi
Eupator, Lyſiasq. fuit, ſic finibus acti.
Forte prius noctu Regis fregere cohortes
Acriter inuadens ſocio cum milite Iuda:
Vir quidam celebris peperit ſibi præmia laudis,
Si non ſucceſſu felix, conatibus audax.
Laurides Eleazar erat: perrupit in hoſtes
Hic medios, Elephas caſtrorū vbi maximus eſſet.
Ergo ſuperpoſitum reputans ibi adeſſe peroſum
Res Iudæ Regem, lateris fœdare latebras
Acceſſit; moriensq. elephanta peremit eundem.
Non tamen Eupator finem feciſſet in armis,
Ni ſua Philippus Regna occupet: illicò Iudæ
Conceſſit dextram fidei, patriamq. reuiſit,
Vt magna in paruis ſint ſæpe appenſa momentis.

S A-

SACRARVM
DESCRIPTIONVM
LIBER DECIMVSTERTIVS.

ALcimus interea patriæ inſidiator iniquus,
Demetrium Roma redeuntem adijſſe refertur,
Et contra Iudam Regem incitat. ille repente
Iudææ in fines mittit Bacchida nefandum
Milite cum magno: ſimul & mandata ferebat
Hunc præferre ſacris. deceptus Scriba feroci
Enſe frequens cecidit, verbis confiſus amicis.
Iā quoque cū Lyſia occiderat cōprenſus iniquo
Eupator, miſerè collecti militis aſtu,
Demetrio cogente exoſi in funera Regis.
Bacchides tandem ad Regem redit. illicò Iuda
Inſurgens ſeſe, ac populum fuit vltus in hoſtes.
Alcimus vt vidit ſacris præfectus apertè
Infeſtum opponi Iudam ſibi, nec benè poſſe
Conceſſos ſibi ſtare gradus; à Rege repoſcit
Rurſus opem: rurſus dedit ille Nicanora ſecum.
Ergo vbi Iudæam tetigit, diffiſus Iudam
Vincere ſe bello, noua mente reuoluere cœpit
Con-

Digitized by Google

Cōſilia, atque animos Iudæ monſtrare benignos.
Iuda homini haud fidit: pepulit mox Alcimus aures
Demetrij, in Regnū docet eſſe Nicanora verſū,
Cùm faueat Iudæ, ac ſecum verſetur amicè.
Increpat ille virum, ſibi nec placuiſſe recenſet
Fœdus amicitiæ contractum; mittat Iudam
Præcipit, in toto qui ſumma negocia Regno,
Nè lætis currant ſolus progreſſibus, obſtat.
Is licet inuitus mentem exuit illicò motam;
Iuda ſed inuaſit loca tuta; Nicanor at ira
Elatus repetit, qui ſic elapſus ab ipſo eſt.
Interea Raziam mactandum deſtinat aræ,
Ac prodit, patriæ bene quem dixere parentem;
Ac, niſi tradatur quàmprimum proditus, inquit,
Hæc templa in cultus conuertam, vt ſæpè, prophanos.
Ergo acies in bella ruunt, concurritur armis,
Pectora cum ſubito patefacta inimica virorum.
Iam Deus in ſomnis aſcendere fecerat Oniam,
Eductum à tenebris, ac cœco carcere lymbi,
Hortantem verbis peragenda ad prælia Iudam.
Iam quoque Ieremias vates ſolatus eundem eſt,
Porrecto in gladio firmans hoſtilia contrà,
Et mira euoluens geſtorum fata ſuorum.
Concurſu primo ceſſere Nicanor, & omnes
Conuertêre gradus reliqui: tùm plurima gentis
Millia læthali Iudæ periere ſub ictu;
Ac tandem abſciſſa dextra, buſtoq. Nicanor
Occidit in pœnam ſcelerum, ſenſusq ſuperbi.
Audita fama Romanæ gentis, Iuda
Eupolemum Romam binos, & Iaſona mittit.
Ergo abeunt celeres, ſubeunt Capitolia tandem.
Poſtquam introgreſſi, & coràm data copia fandi,

Incipiunt, Patres, nos hæc vrbs veſtra recepit,
Per multas terras, diuerſa per æquora vectos;
Iudæa è patria procul, atque è finibus orbis,
Venimus à Iuda ſupremo principe miſſi,
Si placeat ſtabilis nobiſcum fœdera pacis
Nectere, & in ſocios nos aſſumpſiſſe perennes,
Sicut amicitiæ nos ſub velamine veſtræ
Tuti erimus, ſic vos per tēpora noſtra fouebunt.
His dictis tacuere: Patres ſed talia contrà,
Quæ ſocijs ſemper noſtris ſeruauimus ante,
Et quæ perpetuò ſocijs ſeruabimus olim,
Hæc eadem vobis fuerit ſeruaſſe voluntas:
Vos facimus ſocios, & conſcribemus amicos;
Finibus interea veſtris arcebimus hoſtes
Admonitos, ſecum pariter pugnare parati,
Deſiſtant iniuſtitijs, ac turbine belli.
His ita concluſis homines miſere Senatu:
Illi alacres Roma cedunt, patriamq. repoſcunt.
Iam Rex Demetrius cecidiſſe Nicanora victum
Audierat; profugusq. iterum irritarat eundem
Alcimus, in patriæ fines transfundere bellum:
Indulget Rex Demetrius, Bacchidaq. mittit,
Armatamq. manum ſecum. concurritur armis
Vndique: ſed verò conſpecto milite gentis,
Geſtorum, atque ſui immemores, ſtatione relicta
Diffugiunt Iudæ ſocij. reuocare fugaces
Dux ſtudet, ac maculam vetat impreſſiſſe perennem
Nominibus, famæq. ſuis, qui fortè relicti
Perpauci latus infregiſſe valentius inſtant.
Effectus ſequitur, perſtant Bacchide fugato
Demiſiſſe neci cunctos, ac perdere ferro.
Sed verò circumpoſitæ ſubiere cohortes
Hoſtiles, rarosq. obeunt, ac funera miſcent.

De-

Demùm Iuda cadit Dux inuictiſſimus armis,
Qué frater Ionathas, Simeonq. dedere ſepulchris,
Cætera totius populi ploratibus auctus.
Indiga frumenti regio Bacchida ſequuta eſt
Victorem, exortusq. eſt improbus omnis, amicos
Exagitans Iudæ: ſic in peiora relapſi.
Ergo adeunt Ionatham, populoq. vt præſit eidé,
Exorant, fratrisq. vices gerat, ac bona curet
Publica, ſuſtineat pondus, partesq. regentis.
Suſcepit Ionathas tandem obſecratus habenas,
Sed volat in Thecuæ cũ fratre Simone receſſus:
Bacchides etenim electum extinxiſſe laborat.
Interea Ionathas quem miſerat inde Ioannem
Fratrem alium, ſibi quò belli deferret in vſus
Arma, Nabathæus quæ plurima habebat amicus,
Iambrides Madabæ capiunt, furantur & arma.
Ecce autem ex Madaba, cũ tradita nupta marito
Pergeret ad ſponſum miro ſplendoris honore,
Occurrit Ionathas, cæſosq. interficit omnes,
Ex inſperato fraterni ſanguinis vltor:
Diripiuntur opes, ac luctu perſonat æther.
Bacchides monitus fruſtrà repetiſſe laborat,
Ac Ionatham inſequitur: cõgreſſi prælia miſcét,
Fugit Bacchides, Ionathasq. in tuta recedit.
Alcimus interea exoritur ſacra intima Templi
Deſtruere, & ſacris quæ ſint congeſta prophetis.
At Deus infandum caput extirpare, nec aura
Vitali veſci vult amplius: ergo ſolutum
Paralyſi perimit. ſic reſtitit impius auſus.
Bacchides iterum abſcedit, Regemq. reuiſit:
At Ionathas Iudæ exemplo, ac virtutis amore
Concitus extruxit Bethbeſſem, ac diruta quondã
Arcus, vt in patrio poſſet conſiſtere Regno.
Bacchides motus ſcelerati ſeminis aſtu,

Digitized by Google

Iudæam repetit magno cum milite, & vrbem
Aggreditur. totis certatum viribus,armis.
Bacchides victus magna ſuccenſuit ira,
Et qui conſilium dederant, hos enſe peremit.
Mox abit, & Ionathæ pacem concedit habendã,
Qui ſeſe recipit Machmas,ſcelus omne repellit.
Eupatoriades patrij diadema decoris
Occupat, & Ionatham ſecum adiunxiſſe laborat.
Ergo Oratores, ac munera mittere curat:
Demetrius pariter, ſibi nè contrarius obſtet,
Mixtus Alexandro verbis inuitat amicis,
Plurima pollicitus. Ionathas tamen additur vni
Eupatoriadi, fuerat qui fœderis auctor,
Ac ſacra veſte induitur,de more parentum.
Demetrius tulit hoc ægrè, contraq. furentem
Mittit Apollonium. totis concurritur armis:
Debellat Ionathas Gentes, expugnat Ioppem,
Obtinet Azotum, flammisq. voracibus vrbis,
Ac Dagon delubra, ac tecta hoſtilia donat.
Iuncta diu fuerat Cleopatra Ægyptia Regi
Eupatoriadi: poſt tempora multa parentis
Conſilio abſtrahitur,qui mox & Regna,diemq.
Eripuit genero,nihil horum omninò timenti.
Demetrium in generum aſciſcit. diuina ſceleſtũ
Vltio corripuit, Regnoq. repellit, & aura
Vitali,paucis intercurrentibus horis.
Ergo Demetrius Regni cum ſceptra tenere
Firmius inciperet, Ionatham accerſiuit,amicum
Conſtituens, populiq. ducem,patremq. ſacrorũ.
Fautor Alexandri Tryphon fuit:Hic vbi ſenſit
Murmura caſtrorum contra inſurgentia Regem,
Ex Arabum populis Syriæ reuocauit in oras
Germen Alexandri, vt ferret diadema decoris.
Scepta capit iuuenis, Regaliq. vrbe potitur.

De-

Demetrium Regem populi contrà arma rebellis
Iuuerat auxilio Ionathas, ſeruatus vt armis
Demetrius Rex inde foret: tamen irrita fecit
Promerito promiſſa viro, mentitus eidem.
Rex ergo Antiochus Ionatham ſibi poſcit amicum,
Atque Sacerdotem ſummum, fratremq. Simonē
Rectorem gentis ſtatuit: ſubit illicò Gazam
Prædatus ferro Ionathas: Bethſura Simoni
Laudis cauſſa fuit. proprio ſuperata periclo.
Inſidias Ionathæ Gentes, mortemq. pararant
Ad Geneſar: ſocij fugiunt, tamen ecce reſiſtunt
Mathathias, & Charmides, qui bella repoſcunt,
Nobile par iuuenum, Ionatha Duce, & auſpice dignum:
Certantem Ionatham cùm vincere cognouiſſent,
Qui fugére prius, rediere in prælia victi.
Sic de percuſſo felicius hoſte triumphat.
Hæc inter Ionathas ſatagit renouare perenne
Pignus amicitiæ cum Roma, & fœdera pacis.
Idem Oratores Lacedæmona mittit eiſdem,
Quos Romam, vt quondam ſub tempora dicitur Oniæ
Factum cognatis Abraha ex genitore repertis.
Demetrius rurſus contra pugnare paratus,
Explicat immiſſis belli ductoribus arma,
Et viciſſe ſtudet Ionatham, rerumq. potiri.
Decernunt hoſtes noctu contendere bello:
Certior at factus Ionathas, vigilare coegit
Caſtrorum populum: ſic ſpe cecidere cohortes
Concepta aduerſæ; ac nullo conamine facto
Turpiter in patriam verſæ remeaſſe laborant.
At Ionathas Arabes domuit, Ioppemq. rebellem
Oppreſſit Simeon. tùm muniuere reuerſi

Iudææ fines Caphereta, & Adiada, Sephel.
Conſilium Tryphonis erat ſibi ſumere Regnum
Antiochi: at Ionatham Regis metuebat amicũ.
Ergo adijt Bethſan cum milite, & obuius illùc
Accedit Ionathas. Tryphon vbi vidit eundem
Vi ſumma, ac ferro ſecum certare paratum,
Mentem aliò vertit, certa cum fraude petendum
Conſilij votum ſtatuit, Ionathàq. potiri.
Ergo animos ſecum Tryphon oſtentat amicos,
Vexandus non eſſe refert, vt in hoſte phalanges
Dimittat lætus; paucis ſatis eſſe, ſuperque
Militibus; ſecum vt ſocia cum gente gerendum;
Primam Regni adeant vrbem, ſe velle potiri;
Coram Principibus pariter collaudat amicis
Inuiſum penitus Ionathan, & ſua geſta recenſet.
Ergo decipitur ficto ſermone, nec vllas
Inſidias metuit, ſeu pertimuiſſe laborat,
Milite dimiſſo, ſecum raroq. retento:
Vrbem ex compoſito lectam Tryphonis iniqui
Fraude petit, raro coniuncto milite ſecum.
Hìc interceptus contrà inſurgente tenetur
A populo Ionathas, comitesq. aſtaſſe reperti,
Indigni penitus, quos fata hæc vltima poſcant,
Seu virtute Ducis, claræ ſeu pignore gentis.
Emiſit ſubitò Tryphon, qui cætera perdant,
Ni reuocet Simeon crudelia fata ſuorum,
Certior effectus. Ionathæ planxere ruinam
Contribules; fratremq. Ducem ſtatuere Simonẽ;
Extemplo Solymæ munimine mœnia firmat,
Electosq. viros concurrere in arma coegit;
Tum Ioppem portum Ionatha quodam auſpice belli
Occupat, eiectis ibi quos reperere colonis.
Perfidus in fines Tryphon intrauit Iudæ,
Cum

Cum Ionatha ſecum detento: commouet Addus
Frater caſtra Simon. noua ſed mendacia fingit
Interea Tryphon, centumq. talenta repoſcit
Proditor argenti, ac natos, vt debita quondam.
Cũcta Simon dederat, fraterno impulſus amore;
Sed Tryphon præſtare fidem contemnit, & atro
Cum pueris necat enſe patrẽ; mox inde recedit.
At fratris Ionathæ Simeon tulit oſſa ſepulchris,
Septem pro numero fratrum, atque vtroque parentum
Pyramidas ſtatuẽs celebres intrà oppida Modin.
Proditor vnius ne Tryphon eſſet, in ipſum
Antiochum Regem conuertens arma peremit.
At Simeon duri Tryphonis vt actibus obſtet
Firmius, ac populo quò proſpiciatur Iudæ,
Demetrium inuitat iungenda in fœdera pacis,
Ac populum immunem fieri rogat: ille paratum,
Propenſumq. animũ quęſita in fœdera monſtrat,
Ac iuga diſcuſſit curſu firmata perenni;
Cœptaq. conſcribi ſunt publica geſta piorum.
Gazenſem abſceſſit debellaturus in vrbem,
Ac vicit, pulſis quos repperit inde colonis:
Mox arcem expugnat Solymæ, cuſtode remoto.
Iam feſtos celebrare dies, ac tempora læti
Incipiunt, cytharisq., ac cantu ſydera pulſant;
Purgauere locos, quos gens infecit idolis.
Ecce Simon in mõte habitat, quas ſtruxerat ędes,
Armorumq. Ducem genitum, quem Gazara alebat
Viribus inſignem ſtatuit, belliq. Ioannem.
Gazara in Azoti firmata eſt finibus oræ;
Iudææ Bethſura fuit munimina terræ;
Quà mare Iudæam ſpectat, ſtabilitur Ioppe.
Interea Spartam cognati ſanguinis vrbem

Lecti Oratores miſſi, Romamq. potentem
Iungere amicitias, ac fœdera pacis inire;
Aurea Romanis clypeos ſua dona ferentes,
Magnificè excepti, lautèq. ex Vrbe remiſſi,
Fœdere compoſito: cuius deſcripta fuerunt
Ære exẽpla nouo, & pacis monumenta perẽnis,
Admoniti populi, fortesq. in fœdera Reges.
Tùm demum viſa eſt Iudææ forma renaſci,
Ac ſplendor gentis vetus, ac felicis imago;
Tùm ſenibus conceſſa quies, iuuenesq. loricas
Induti, galeasq. leues, ac bellica rerum
Arma, ſuas vires felicius exercebant.
Non erat obturbans hoſtis, qui dura moueret
Bella ſibi, & patrios qui frangeret ariete muros:
Pace frui læta licuit, partisq. triumphis.
Demetrio in votis fuerat Tryphona ſceleſtum
Perdere, promeritas lueret quò funere pœnas:
Ergo abit in Medos bellantum adſcribere cœtus.
Audijt Arſacides, qui miſſo Principe quondam
Inquiri Regem iubet, adduciq. repertum.
Iuſſa facit Princeps, Perſarumq. illicò Regi
Demetrium Regẽ aſportat ſub compede vinctũ.
Detinet ergo domi, ac vinctum ſub compede Regem.
Demetrio genitus Regni deſumpſit habenas;
Inde Sacerdoti ſummo bona verba Simoni
Scripſit pollicitus, quæ decernuntur amicis
Regis, & in proprijs immunem viuere terris,
An quoniam metuat contra Tryphona tyrannũ,
Ne ſibi quid noceat, dum concitat arma minãti.
Crediderat ficto Simeon per nuncia Regi,
Quem tandem infidum, poſtquam Tryphona fugauit,
Expertus latè fuit, & mendacia latè

Mi-

Miſcentem, ac veteres per verba ferocia fines
Regni poſcentem, quaſi ſeſe intruſerit idem
In partem Imperij Græcorum, aliena ſequutus;
Non ſua dimittat, nè ſit per funera belli
Perpetuò patienda ſibi iactura ſuorum.
Reſpondit Simeon ſedato corde petitis,
Nulla tibi infertur per noſtram iniuria gentem,
Quippe vel amotos fines, & clauſtra parentum
Proſequimur, vel veſtra ſecus, ſi damna tulerunt
[illegible]uimus vobis, ne longè iniuria ſerpat:
Si vi certetis, vi propulſabimus hoſtes,
Vt ſæpe, ac noſtrum clareſcet robur in armis.
Miſſus Athenobius fuerat, qui dicta referret,
Rex Cendebæum ſtatuit pro funere gentis.
Iam Cendebæus Iudææ intrauerat oras,
Et dare cuncta neci, miſeroſq. necare colonos
Cæperat, atque armis deperdere vulgus Iamniæ.
Iamq. ex præſcripto Regis, quà ſemita perſtat
Commoda militibus, renouari cœpta Cedores,
In damnum populi Iudææ, ac funera gentis.
Præſidium interea, quod Gazara dicta, Ioannes
Deſerit, & Solymā ad patrē conſcendit in vrbē:
Edocet ille malum, quod Cendebæus iniquè
Moliri, & contra committere pergit in horas.
Ille velut catulos acuunt in bella leones,
Sic iuuenes adigit prædura ad prælia natos:
Atque ait, Inuicta vos eſſe è ſtirpe creatos
Noſcite, & humanos pro ſacra lege labores
Suniendos, caſuſq. omnes pro gente piorum.
Dum mihi vis manſit, corpuſq., ætaſq. ſinebāt,
Peruici obiectos conſumere ſæpius hoſtes:
Ergo alacres famam virtutum extendite factis,
Diſcite, quà liceat laudum ſuperare cacumen,
Atque exempla Patrū veſtris renouate periclis.

Dixerat: illi animo feruent in bella feroci.
At Simeon dubios voluebat pectore caſus:
Inde hominum lectis viginti millibus hoſti
Obuius occurrit; caſtrisq. timentibus amnem
Traijcere, aduerſus quem caſtra hoſtilia ſtarent.
Tranſgreſſus primus Simeon fuit: inde receptis
Trans flumen ſocijs, ferro tentare rebelles
Cœpit, & oppoſitas contra perfringere gentes:
Non ſecus ac timidum leo ſi ſequeretur ouile,
Dum campis errat, quem dira irritat edendi
Ex longo rabies, Simeon ſic diſijcit hoſtes,
Turmasq. inſequitur Cedronis ad vſq. receptus,
Incaſſum vt ſtudeant Azoti in turre recondi,
Quam repetũt in munimen cõtra arma Simonis:
Nam face ſuppoſita Simeon incendia miſcet.
Non tamen effugit fortis ſua vulnera Iuda
De genitis quidam, quianam feruentius inſtat
Inſequi, & æratas gladio perfringere turmas.
Oppida dum Simeon obiens Iudæa reuiſit,
Sollicitus rerum, ac patriæ communis alendæ,
Incidit in generum conuiuia lauta parantem:
Dictus Abobides fuit. Hic regnare per vrbes
Cum latè cuperet, ſocerum Simeona, duoſq.
Per fraudem elatus Doch ſecum excepit in arcẽ:
Dumq. mero caluere omnes, lætiq. propinant,
Inſurgunt armis, inſperantesq. trucidant;
Hi, quorum inſidiæ ſub tecta inimica latebant.
Interea mitti plures, qui perdere ferro
Iudæam curent, turmasq. à Rege repoſcant,
Cum quibus inuadãt terras, ſubigantq. colonos:
Regnandi tùm fortè fuit tam dira cupido.
Acceſſere etiam, quibus extinxiſſe Ioannem
Mens fuit: at monitus fallacia corda repreſſit,
Occiditq. viros, qui ſeſe extinguere certent.
Exi-

Exitus iſte fuit rerum, ſenſusq. maligni,
Ac talis nimiùm fidentis corde Simonis,
Si non à genero deceptus, cætera felix.
Hircanum Simeone ſatum dixere Ioannem:
Reſtitit Antiocho Regi populisq ſubactis,
Fœdus amicitiæ rurſus cum gente Quiritum
Iunxit, & obtinuit Romano iure foueri.
Filius Hircani defuncto patre ſceleſtus
Regnat Ariſtobolus, fratres, matremq. peroſus;
Antigonũ, & matrem occidit; ſub carcere vinctũ
Frænat Alexandrum, qui functo Rege diebus
Iuſſu Reginæ tetro de carcere prodit.
Hunc odere ſui, dictusq. Crucida, coactus
Perdere complures, crucibusq. domare rebelles:
Infelix fuit ille domi, felicior extra.
Vxor Alexandri Regni ſuſcepit habenas,
Poſtquam defunctus vita deceſſerat idem.
Hæc Phariſæorum fautrix per verba mariti
Extitit, vt populum latè experiretur amicum:
Effectus ſequitur, ſic fœmina ſceptra tenebat
Tutius, ac natis potuit transfundere Regnum:
Nam genus hoc hominum Phariſæa libêtius ora
Obſeruare diu ſolitus ſua dicta colebat.
Hac nondum extincta Regnum decerpere auitũ
Cœpit Ariſtobolus, fratremq. rebellibus armis
Hircanum natu maiorem expellere Regno:
Tandem conueniunt tractare negocia rerum,
Hircano vetito natu regnare minorem.
Antipater quidam terris oriundus Idumæ,
Hircanum impellit patrio ſecedere tecto,
Auxiliumq. Arabum Regis tentare precando.
Ergo, ait, iſta tibi facienda iniuria magni,
Non æquo patienda animo, tibi debita Regna,
Concedenda tibi. Non aſpernanda videtur

Gloria naturæ nobis delata fauore,
Qui bona noſtra rapit, quantũ ſua dona negaret.
Sic tãdem Hircanus Petram transfugit in vrbẽ,
Rex Arabum promittit opem, ferroq. cohortes
Iudææ ſubitò armatus tranſmiſit in oras.
Concurrunt hoſtes pariter pugnare parati:
Sed retrò victi Solymam ceſſere frequentes.
Iuſſi Romanis Arabes diſcedere terra,
Obſidione vrbem penitus ſoluére petitam.
At verò Hircanus Romanam poſcere dextram,
Ac ſecum patriam deducere cœpit in vrbem:
Sic expugnati præſtare tributa coacti
Iudæi, Hircano ſacrorum principe facto.
Captus Ariſtobolus Romam tranſmiſſus in vrbẽ
Deuicta cum prole fuit, refugusq. receſſit
Natus Alexander, natu qui maximus eſſet.
Poſt caſus varios, ac multa pericula belli,
Hic miſerè ferro opprimitur, perit ille veneno.
Antigonus fuerat Regis de ſtirpe ſuperſtes:
Hic ope Parthorum patruũ expugnauit, & aures
Abſcidit Hircano, quò prorſus inutilis eſſet
Ad ſacra Templorum: ferroq. miſerrimus ipſe
Poſtea Romano cecidit, patriæq. recluſit
Oſtia, vt Herodes Regni tractaret habenas.

S A-

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER QVARTVSDECIMVS.

REx erat Herodes Iudææ gẽtis, & vrbis,
Zachariam cum fortè Deus de ſtirpe ſacrorum
Pontificum certos Gabrieli ſub alite caſus,
Pignoraque edocuit magni prænuncia Chriſti.
Zachariæ Eliſabeth coniux, prouectior æuo,
Iuſtus vterque fuit, felix & munere Diuûm.
Ergo cùm templo ſacra exerceret in ipſo,
Thuricremus cælo ſuperaſtitit Ales ad aras,
Atque ait, Ecce preces exorauere parentem
Effuſæ Superûm: tibi fœmore ſurget ab iſto,
Coniugeq. Eliſabeth dudum expectata propago,
Vir clarus virtute animi, felicior omni
Ex numero, quo vix præſtantior extitit alter:
Nazareus fuerit, ſua nomina ſunto Ioannes,
Sanctus adhuc infans, atque ipſa matris in aluo:
Non puero abſimilis zelus, neque ſpiritus Eliæ
Hoc Duce ſanctorũ concurrerit vtraque in vnũ
Gratia, & in natis floreſcet gloria Patrum.

Ille

Ille refert, non perfaciles tua dicta videntur
Succeſſus habitura mihi, quòd vtrique ſuperſit
Solùm ætas grauior, pariterq. extrema ſenectus,
Prouectiq. artus, vt productiua facultas
Ceſſerit effœto penitus de corpore patrum.
Vix ea Zacharias, cùm contra eſt Aliger orſus,
Ipſe ego ſum Gabriel, quem detinet aurea cæli
Regia perpetuò, qui ſemper in æthere ſummo
Numinis intuitu paſcor: quia credita non ſunt
Hæc igitur mea verba tibi, priuaberis vſu
Sermonis, quoaduſq. nouos probet exitus ortus.
Dixerat, ac cælo paribus ſe ſuſtulit alis,
Obſtruxitq. ſonos, pariterq. negantia verum
Ora viri, populusq. rei miracula nouit;
Miratusq. moras præſtolabatur eundem.
Zacharias in tecta redit: coniuxq. recepto
Semine concepit, ſibi ſuccedentibus olim
Ex voto rebus, promiſſisq. alitis omni
Ex numero plene perſtantibus. ergo ſequenti
Obſtupefacta diu mulier nouitate latebat.
Interea Gabriel iterum terrena repoſcit
Regna hominum, iuſſu Diuini Numinis actus;
Et iam conceptus primi, prolisq. creatæ
Quinque ferè fuerant menſes à tempore lapſi.
Dic mihi Muſa, precor; rerum memoranda nouarum,
Et noſtri captus ſuperexcedentia fines,
Quæ feries, & origo fuit, quæ meta, ſuperq.,
Quantus ob humanos caſtè Deus arſit amores.
Inclyta Virgo fuit, Mariam dixere parentes,
Ieſſæa de ſtirpe ſata, & maiore Leuita,
Poſtremò ex Ioachim, atque Anna generata pudicis,
Deſponſata viro, qui nomine dictus Ioſeph,
Vir-

Virginei cuſtos, non deflorator honoris,
Conſpicua è numero claris virtutibus omni.
Non fuit in terris virgo præſtantior vnquam,
Pauperie contenta domi, faſtuq. potentum
Libera nobilium; ſed non ignobilis, vt quæ
Per multos Regum poſſet numerare ſuorum.
Sed verò non hanc opibus ſeruire ſuperbis,
Ac neque diuitijs decuit vigilare parandis:
Diuitijs, opibusq. animi tranſcendere fines
Debuit humanos, Superosq. euincere cœtus,
Numinis afflatu, ſupra digniſſima cunctas,
Et cunctas inter longè perfecta puellas;
Plena Deo ex ortu, plena ex conceptibus ipſis.
Ergo bis ſeptem cùm proxima protinus annis,
Dum latitat ſtudioſa domi, dum corde volutat
Myſtica, & æthereo noua ſit quaſi nupta parẽti,
Dulce per alloquium ſecretæ mentis, & actus;
Interpres Gabriel cæleſtibus aſtitit oris;
Atque ait, O cunctas inter ſanctiſſima Virgo,
Et cunctas inter Domino gratiſſima, ſalue:
Tu paries puerum, quem dices nomine Ieſum:
Rex erit in Iacob, geſtabit ſceptra Dauidis,
Nullus erit Regno finis, ſeu meta locorum,
Sit curæ nobis, longi ſeu temporis actus.
Nec tua virginitas obſtat, quippe illa manebit
Illibata tibi; Diui Spiramen Amoris
Lapſurum eſt in te; quò clauſtra pudoris obumbret.
Virgo refert, non digna licet ſim munere tanto,
Oro tamen fiant, quæ tu facienda recenſes:
Namq. licet per me, neq. ſtat contraire volũtas.
Vix ea, virginei ſacro cùm pondere preſſi
Intumuere ſinus, mortalesq. induit artus
Filius æterni, pariterq. æterna propago.

Ob-

Obſtupuit natura parens, inopinaq. lento
In noua ſe verti ſenſit miracula curſu.
Ales abit, Superiq ſubit conuexa receptus.
Iudæam Virgo repetens montana peragrat,
Eliſabethq. inuiſit ouans, lætoq. ſalutat
Ore ſonans: ſubitoq. infans conceptus in aluo
Geſtire, ac meritos pariter deferre parenti
Diuini pueri, pueroq. occœpit honores,
Eliſabeth teſtante ſui pia gaudia nati.
Mox eadem ſubdit, Tu feliciſſima, dignis
Cui verbis habuiſſe fidem eſt conceſſa facultas;
Haud dubiè complenda, tibi quæ dicta fuerunt
Omnia, vt effectus ſit ſortitura perennes
Gratia, quæ largè Diuùm perfuſa fauore eſt.
Agnoſco, hæc infert, Diuini munera partus,
Quo circà celebrare auſim, cupiamve libenter:
Magna mihi penitus, quorum non digna videbar
Dona dedit, ſeſeq. timentibus eſſe daturum
Crediderim Numen, iuxta promiſſa parentum;
Vt contra auerſos eſt conſumptura rebelles
Dextera ſollicitè, quorum peruerſa voluntas.
Menſibus illa tribus ſecum vixiſſe refertur:
Mox abit in patriam rurſum, atque in Nazareth
vrbem.
Fortè fuit Ioſeph dubius, quia vidit eandem
Prole ſinus geſtare graues, nùm longius iret
Dimittens Mariam: cui nuncius aſtitit Ales
In ſomnis, docuitq. hominem miracula rerum,
Non eſſe hunc partum, qui detineatur in aluo
Semine conceptum, vt reliqui perſæpe virili,
At medio Superi ſpiramine prorſus amoris:
Hunc fore, qui ſoluat cunctas à crimine gentes,
Non expectandam ex alio fautore ſalutem.
Ergo gradum ſiſtit, verbisq. moratur in iſtis,
Tra-

Traducitq. libens, genitorq. putatur Ieſu,
Et Mariæ coniux , vt cætera turba virorum .
At verò Eliſabeth completo tempore partus
Edidit infantem: latè ſimul ecce propinqui ,
Et conſanguineus cœtus geſtire frequentant :
Iamq. imponendum octaua ſub luce dierum
Circumcidendo nomen fuit. illicò clamant
Zachariam plures, mater tamen ipſa Ioannem
Nuncupat . Ergo omnes mutum tentare parentẽ
Inſiſtunt, doceat, quo dici nomine poſcat .
Chirographo mentẽ pater explicat, atque Ioãnẽ
Appellat : tunc ecce oris patefacta repente
Clauſtra fuere viro, ſermonis & additus vſus.
Iam celebrare Deum conceſſa voce laborat ,
Deſignatq. nouas cantu deſcribere laudes .
Hic erit olim, inquit, Chriſti prænuncius infans,
Ac Deus à Iacob ſemen remouere malorum
Incipiet, pariterq. animos abſoluere noxis .
Obſtupuere viri ſecum, atque in nomine tanto
Augurium ſperare omnes felicius audent .
At puer vt potuit ſenſu cognoſcere Numen ,
Liberius Domino quò deſeruire liceret ,
Extemplò deſerta petit dura antra ferarum .
Hic vbi complures peragit per tempora brumas,
Præcinctus lumbos hirſuta veſte camelis ,
Detracta, ac tenui penitus potuq. , ciboq.
Conuieſcens, ceu locuſtis, ac melle repertis .
Fortè ſub hoc tempus toto regnabat in orbe
Auguſtus Cæſar: qui cum cognoſcere vellet
Numinis inſtinctu ſibi corpora ſubdita terris ,
Edixit, numerus deſignaretur apertè:
Attamen id fieri cuiuſq. ſub vrbe notatum,
Ne quis in immenſa penitus re ſurgeret error .
Ergo cum Maria , quæ iam geſtabat in aluo
In-

Digitized by Google

Infantem Chriſtum, remeat vir Ioſeph in vrbem
Maiorum Bethlem, quæ dicitur eſſe Dauidis:
Hic vbi pro cauſſa dum ſponſus vterq. moratur,
Incidit in tempus Virgo ſanctiſſima partus.
Fortè inquirenti Ioſeph prius ædibus aptus
Defuerat lautis locus, vt præſepe coactè
Eligeret puero, quem non paritura fuiſſet
Alma parens, tenuit quia multa frequentia Beth-
lem,
Vt Superum fuerat dudum obfirmata voluntas.
Ipſa inter paleas, & bruta animalia tandem
Edidit in lucem cæleſtia pignora Chriſtum,
Atque incarnatum, diuina oracula, Verbum,
Dignatum coluiſſe caſas, ac tecta ferarum:
Mox rudibus pannis, nec faſce inuoluit opima,
Deponitq. loco, ſtratoq. reclinat eodem,
Vt ſua pauperies, & fata occulta trahebant,
Non vt maieſtas, ſeu Regni gloria poſcunt.
Diſcite mortales contenti viuere paruo:
Quandoquidem ſtudiosè humiles Deus ipſe re-
ceptus
Quæritat, ac rudibus contendit veſtibus vti,
Pauperiem ſectatur ouans, ac ferre laborat
Humanos caſus, ac dura incommoda vitæ.
Interea cælo demittitur Ales ab alto,
Paſtores ouium plures impellere noctu,
Vt Regem inuiſant, veſtigia nulla ferentem
Præ ſe Regis adhuc, ſed pauperis omnia nati:
Seruatorem, inquit, vobis denuncio veſtrum:
Lætitia geſtire licet, gaudete frequentes,
Quantũ antehac nulli quondã potuere parentũ.
Proditus in lucem, ſi perquiſiſſe ſtudetis,
Ecce puer Bethlem iacet in magalibus vrbis.
Ite alacres, tantumq. ſuper ne temnite rerum.
His

His dictis ſimul ecce chorus concurrit ouantum
Alituum ſecum, laudes, ac geſta canentum
Ætherei Patris, noſtram ſignantia pacem.
Paſtores abeunt celeres, puerumq. repertum
Cum Maria, Ioſephq. viro ſub paupere tecto,
Vt dictum fuerat, ſtipulis leuibusq. cubantem,
Donauere pari ſtudio, prout cuique facultas,
Facta renarrantes latè ſolemnia Diuûm;
Ac tandem ad pecudes læti remeaſſe laborant.
Omnia Virgo parens imo ſub corde recondit.
Fulſerat octauus poſt talia facta dierum;
Et circumciſum iuxta decreta parentum
Alitis ex iuſſu Ieſum poſuere vocandum.
Impletum tempus fuerat, quo debuit aris
Abſtinuiſſe ſacris, vt legi ſubdita mater,
Cùm prorſus fuerit legum liberrima nexu.
Ergo adit in Templum, quò demũ ſiſtat ad aras
Infantem puerum, gratiſſima munera Patri
Lege ratos portans volucres ex pauperis vſu.
Intereà Simeon ſacras conceſſit in ædes,
Vir clarus virtute animi, pietate decorus,
Cui præmonſtraſſent Diuinum oracula partum.
Ergo iam ſenior puerum ſuſcepit in vlnas,
Inſpirante Deo; dixitq. nouiſſima verba,
Parce Pater, miſero mihi non mortalia curæ:
O vtinam fatis concedere detur iniquis,
Poſtquam oculis potui hiſce meis promiſſa parentum
Cernere, & alterno intuitu per lumina paſci
Dudum expectati Regis, patriæq. ſalutis.
At tu pro puero mater digniſſima tanto,
Ad Mariam conuerſus, ait, ne ſperne, ſubibis
Infandos luctus, pariterq. extrema dolorum.
Hic puer extiterit credentibus vnica virtus,

Con-

Contraq. exitium crudele rebellibus olim,
Ac velut oppoſitum cui contradicere ſignum
Eſt opus, aut pleno ſeſe coniungere ſenſu.
Hæc ergo in Templo dũ per Simeona gerũtur,
Ecce ſuperueniens Phanuelis grandior æuo
Filia, quæ viduos hucuſque peregerat annos;
Infantem celebrat noua facta prophetis apertè.
Cuncti admirati pendent narrantis ab ore.
Tùm demum rediere domum cũ Virgine Ioſeph,
Spe pleni, ac varios voluentes pectore motus:
Cùm vix exortus Bethlem foret vrbe ſub ipſa
Ieſus, in externis conſpectum eſt finibus aſtrum,
Argumenta rei magnæ, miracula caſus.
Ecce Beoridis meminere oracula Reges,
Suſpenſamq. alto mirantur in aere ſtellam,
Decernuntq. ſequi, quocumque vocaret euntes:
Acceſſere Syon eiuſdem denique ductu.
Rex erat Herodes illic: is nouit abundè,
Poſtquam accerſiuit perſpecta ex lege Leuitas,
Chriſtum de Bethlem, ſeu finibus eius habendũ.
Vt percontantes ficto ſermone fefellit
Herodes Reges, in Bethlem mittit Iudæ,
Ac rogitat, quò viſa ſibi quæcumque reportent,
Vt Regem patrium patrio de more ſalutet.
Illi abeunt celeres: iamq. aſpexere propinquam
Vrbe recedentes Solyma ſuper aere ſtellam.
Ergo alacres, vnaq. Ducem ſectantur eandem:
Siſtitur in ſtabulo ſydus fatale ſalutis.
Poſtquam introgreſſi, ac puerum vidére iacentẽ
Paupere ſub tecto Ieſum, conſidere iuſſi
Munera dant, aurum, mirrhamq., ac thuris honores,
Vt Regi, pariterq. homini, Diuumq. parenti,
Concepta in puero magna ſpe prorſus Ieſu,
Inde

Inde quòd admoniti per ſomnia certa fuerunt,
Herodem infeſtum vt fugiant, patriosq. penates
Arrepto curſu longè potiore reuiſant;
Diuerſos tractus, reditumq. per auia captant.
Admonet in ſomnis diuinitus Ales Ioſeph,
Vt petat Ægypti Maria cum coniuge fines,
Aſſumpto ſecum, & puerō. Namq., inquit, iniquus
Interitum Herodes, atque impia funera tractat.
Paruit is dictis, donec reuocatus in vrbem
Nazareth acceſſit defuncto Herode diebus.
Sed verò interea ne dilabatur Ieſus,
Deceptus reditu Regum poſt tempora quædam
Exitium Herodes ſolemne paraſſe laborat.
Deſtinat ergo neci pueros, quos inclyta Bethlem
Protulerat bimos, vt iuxta computa Chriſtus,
Quem cuperet, penitus violenta morte periret.
Iuſſa facit lictor, correptaq. corpora ſæuo
Enſe ferit, duræ miſcens incendia mortis.
Iam noua per Bethlem facies ſucceſſerat oras
Cernere erat plures, cogente Herodis iniquo
Imperio, pueros transfigi pectora ferro:
Innocui ceſſere malo, imbellesq. potenti,
Ac fuſo extremas paſſi ſunt ſanguine pœnas.
Ægypto quondam rediјt cum Virgine Ioſeph
Antiquã in Solymam Galilæa è Nazareth vrbe:
De more in Templum ſoliti veniſſe quotannis,
Ieſus biſſenos vix dum compleuerat annos;
Cum repetit ſacras ſub tempus paſchatis ædes:
Hic dum liberius legem edocuiſſe peroptat,
Labitur ex oculis alterno errore parentum,
Qui ſtudio remeaſſe pari ad ſua tecta laborant:
Sed tamen alterutris inter ſe abſceſſibus, illa
Fœmineum cœtum ſectante, viroq. virorum,

Dùm

Dum redeunt, quæcumque enixius inter amicos.
Non oculis ſomnus capitur, neque gaudia mēti;
Nec prius abſiſtunt, ſua quàm veſtigia rurſus
Prima legāt retrò penitus, Templumq. reuiſant.
Hìc toto triduo Doctorum turba peracto
Myſtica ſollicitis animis ſenſere docentem,
Mirata in puero reſponſa fidelia Ieſu.
Interea mater cum cognouiſſet, eundem
Sic lachrymis circa genulas affatur obortis,
Quid tua ſollicitos incuria tanta parentes
Nate tuos reddit? quæ maior cura ſubactum
Affecit pectus, quò nos ita temnere poſſes?
Me, patremq. tuum, qui te quæſiuimus vnà,
Turbaſti toto penitus de corde dolentes.
Ieſus ait, mea cura Deo ſeruire parenti
Extitit, ac pariter fuerit, dum vita ſuperſtes.
His dictis Templo ceſſit, ſecumq. reuiſit
Natales terras Galilææ, ac Nazareth vrbem.
Creuerat interea Ieſus maturior æuo
Factus, ter denos & iam compleuerat annos,
Cùm cœpit docuiſſe ſuum baptiſma Ioannes
Ad vada Iordanis, deſperatosq. nefandis
Criminibus ſanctè ad curſum reuocare ſalutis,
Ac morum præcepta, ac rerum inferre piarum:
Diſcite, ait, veſtris peccata repellere tectis,
Et ſanos tentare actus, ſanctumq. timorem
Amplecti, verumq. ſequi, ac nō ſpernere numen:
Iudicis ira ſubeſt, hominumq. ſceleſta ſequetur
Pectora pœna grauis, duriq per omnia caſus:
Nec radix Abrahæ vobis, neque proderit vlli
Inclyta, ſi turpes non plenius horreat actus.
Vulgari interea ſe turbæ immiſcet Ieſus,
Et quaſi peccator purgari poſtulat vnda.
Abnuit agnoſcens diuinitus ille, lauacrum
Im-

Impertire viro noxa quacumque ſoluto ;
Donec ab eiuſdem precibus, verbisq. modeſtis
Perfundit compulſus aquis, & myſtica complet,
Ex voto Ieſu. comple, ne ſpernito leges
Iuſtitiæ vir ſanctè ſequi, ac parere petenti :
Cælo aderit ſignum, non hæc vulgaria ſunto
Geſta, notant claros rerum ſolemnia caſus.
Ergo Deus cœlo intonuit teſtatus amorem
In Ieſum, natiq. iubet parere petitis :
Filius hic,inquit,meus eſt, ne ſpernite leges,
Quas feret, in Ieſu tota eſt mea fixa voluntas ;
Ac ſignum impoſitum capiti dedit eſſe columbā.
At verò Herodes ardenti percitus ira,
Infandos quoniam reprobo exprobraſſet amores
Zacharides, hominem raptari in vincula iuſſit :
Denique ſaltanti,atque in præmia iniqua petenti
Buſta viri, caput obtruncat, donatq. puellæ.
Fortè ſequebantur plures vt ſæpe, Ioannem,
Quos inter fuit Andræas. Huic ergo Ioannes,
Vt vidit Ieſum,digito monſtraſſe laborat ;
Atq. ait, hic homines maculis abſterget iniquis :
Huius amicus ego,Ieſum vos credite ſponſum,
Ac Dominum; ſeruire illi mea cura perennis:
Creuerit ipſe, ſatis memet parere petitis:
Sed nec dignus eram in famuli ſuccedere munus.
Audijt Andræas,meritoq. ſequutus Ieſum eſt.
Poſtquam Zacharides in vincula raptus abiuit,
Ieſu Oratores miſit, qui dicta reportent,
Credere ſe Chriſtū haud dubiè, quē dixerat eſſe
Ipſummet Ieſum: tantummodò poſtulat idem,
Vt ſeſe in tanta teſtem re iungat apertè.
At Ieſus multas coràm Oratoribus ipſis
Virtutes operum, magna & miracula geſſit :
Quippe excæcatos oculis, vſuq. carentes
Lu-

Luminis incolumes effecerit, atque potentes
Curſibus infractos pedibus, ſurdosq. valentes,
Infectos turpi lepra expurgauerit artus,
Ac vita functos vitæ reuocarit in auras;
Externis rerum monſtrantibus intima ſignis.
Mox ait, hæc eadem mandata referte Ioanni,
Quæ dederim vobis, & quæ ſint cognita viſu,
Facta docent verum ſupra clamantia voces.
Illi abeunt, Ieſusq. ſono celebrare frequenti
Occœpit laudans, ac tollere ad aſtra Ioannem.
Mox vbi Iordanis fluuio conſcendit Ieſus,
Extemplo deſerta petit ſtabula ampla ferarum,
Spiritus impulſum quò perduxiſſet eundem.
Ergo quaterdenis cùm ieiunare diebus
Vellet, ab optatis ſeſe compeſcuit eſcis;
Inde famem immeritã patitur. ſubit illicò Satan,
Pectus ab arenti feſſum fame pellere in eſcas,
Ac ſperat ſe poſſe cibis ſubuertere Chriſtum.
Interea aggreditur diuina oracula dictis,
Ac ſonat idem hominé, ac vultus effingit amicos.
Non renuit Ieſus pulſari Dæmonis arte,
Nec ſubdi fugit ille malo, quo vincat iniquum.
Ergo infit Satan hominum infenſiſſimus hoſtis,
Quid tantùm laceras hæc per ieiunia corpus,
Ac fers indignos arenti pectore morſus,
Et lubet arentes eſcarum ferre labores?
Dedecet humanum detracto abſumere paſtu
Corpus, & exhauſtis deperdere viribus artus:
Hic lapides adſunt, quos tu conuertere in vſus
Optatos potes, ac vitam inſtaurare labantem.
Cui Ieſus, non ſola, inquit, terrena ciborum
Copia ſuſtentat, mens ò nequiſſima, corpus;
At virtus etiam Superum, ac diuina voluntas:
Sic Moyſes defectum eſcarum, Eliasq. tulerunt.
Ille

Ille vbi perſenſit tali ſe voce repulſum,
Subiectis humeris magnum per inane volatu
Suſtulit aggreſſum, ſtatuitq. in vertice Templi.
Mox ait: Alituum tu deportabere palmis,
Sic etenim quondam cecinerunt carmine vates:
Vt quamuis ſtudeas te deieciſſe deorſum,
Detur inoffenſis terram tibi tangere plantis.
Ergo impelle artus. Tùm contra eſt orſus Ieſus,
Non vlli prorſus Numen tentaſſe licebit,
Vt ſcriptum fuit, ac magni præſumptio conſtat.
Sic igitur quærenda ſalus, aut cōmoda non ſunt,
Si dederit Natura modum, ratiove miniſtret.
Tùm ſpe deiectus nequiſſimus hoſtis ab iſta,
Illicò ſublatum, montem perducit in altum;
Hic vbi terrarum ſortes monſtrauit Ieſu,
Regnorumq. decus, ſuauiſſima gaudia vitæ,
Sublimes faſtus, & iucundiſſima rerum
Tempora; & æthereo ſeſe regnare ſub axe
Aſſeruit latè; tandem ſe cuncta daturum
Pollicitus Ieſu, ſibi ſi modò præſtet honorem
Tantum, vt curuato modicè ſe poplite adoret.
Agnouit Ieſus fallacia verba ſuperbi
Dæmonis, ac ſumpta ſic voce repellit eundem,
Numen adorandum, cui ſtat ſeruire voluntas;
Cætera contemno, ne deturpetur honeſtum,
Quare age, rumpe moras, retrò ceſſiſſe labora.
Ille fugit, cùm ſpe fraudis cecidiſſet ab omni.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER DECIMVSQVINTVS.

DIſcipulos quoſdam iam deſignarat Ieſus:
Triginta bis ſex fuerant, vt lumina terris,
Quos binos miſit peccata auertere gentis;
Biſſeniq. alij ſecum, qui dictus ab ipſo eſt
Cœtus Apoſtolicus, iuſſi docuiſſe per vrbes,
Ieſuq. vt teſtes ſpectare frequentius actus:
Andræas quos inter erat, pariterq. Ioannes,
Ac Petrus Andrææ frater, Iacobq. Ioannis:
Hi piſcatorum è numero, ſibi retia curæ;
Atque alter Iacob, qui frater dictus Ieſu eſt.
Ac fuit Alphæi, Iacobi Iuda Thadæus,
Zelotesq. Simon Chananæa è ſorte vocatus,
Et cuius Didymi fuerant cognomina Thomas,
Et cuius Græcè infertur dilector equorum,
Et cuius pariter Tholomæi filius eſſet,
Matthæus, quondam cui vectigalia curæ,
Iudaq. ab Iſcarioth, qui proditor eſſe magiſtri
Infelix potuit, gratosq. repellere ſenſus.

Na-

Nathanael perductum ad ſe commendat Ieſus
Vt iuſtum, penitusq. dolis, ac fraude carentem.
Ille ſubit, non ipſe tibi ſum cognitus vſquam,
Difficile vt poſſes hoc affirmare, quod audes.
At Ieſus reſponſat, adhuc te nemo vocarat,
Cum te ſub ficu vidi iacuiſſe ſedentem.
Ergo Nathanael vatem admiratus Ieſum,
Prædicat, & prorſus Diuino Numine natum.
Credideris Chriſtũ, quia ſis ita cognitus, inquit,
Quid me ſub ſcalis Iacob ſi videris: ac ſi
Alituum ingentes ſupra decurrere cœtus?
Sponſus erat, nuptæ conuiuia fortè pararat,
Lauta ſuæ, Ieſusq. illuc acceſſerat, vnà
Diſcipuli & plures ſecum, Materq. vocati.
Dum ſocij latè comedunt, lætiq. propinant,
Contigit in ſtructis ſibi vina liquentia menſis
Deficere, ac ſponſum perfundi vt ſæpe rubore.
Mater adit Ieſum, defectumq. admonet omnem:
At Ieſus, nè fortè alij terrena moleſti
Commoda depoſcant poſthac impenſius à ſe,
Siue etiam vt diſcas, non quærere inania rerum,
Aſperius viſus verbo excepiſſe parentem:
Mox vaſa impleri puris quàmplurima lymphis,
Ac tandem imponi iubet ob conuiuia menſis.
Extractas ſenſere merum iucundius vndas
Subiecti famuli; miratiq. omnibus iſtud
Expoſuere rei. ſic Ieſu eſt cognita virtus.
Nazareth in patria Synagogã intrauerat vrbis,
Hic vbi diuinos cœpit conuoluere libros,
Incidit in textus animi peccata docentes,
Languoresq. ægros humano corpore prorſus
Venturo in Chriſto, & Chriſti virtute repelli.
Ergo ait, è cælo veni expectatus in orbem,
Et mihi quis dicat, non hæc impleta videri;

Sedibus in patrijs, ſicut fortaſſe Capharna.
Huic ego reſponſem, patrios malè credere vati,
Qui ſibi mittatur. teſtis proceſſerit Elias,
Vni qui viduæ quondam proſpexit abundè.
Saphides etiam meritò proponitur, à quo
Purgatus lepra Naaman Syrus extitit vnus.
His homines verbis commoti protinus irà
Excelſo dare præcipitem de monte laborant.
Tempora, ſed Ieſus ſeſe ad potiora reſeruans,
Per medios abiens inuiſi errore fefellit.
Inde Capharnæam rurſus properauit in vrbem:
Hic dum verba docet latè ſaniſſima gentem,
Curat ab immundis detentos mentibus artus
Felici iuſſu, quæ tùm fateantur eundem
Et ſanctum, & ſupra rerum hęc inferna potentē.
Illa Capharnæo cœtu mirante viciſſim,
Ecce ſocrus Petri magno languore tenetur
Membrorum, ac febre ingenti correpta laborat,
Tecta domus Ieſus ſubit, ac præcepit apertè
Surgere. continuò peſtis de corpore ceſſit:
Illa gerens gratos animos, ſanata miniſtrat.
Vir turpi infectus lepra Ieſum obſecrat, vt ſe
Emundet morbo: non diſtulit ipſe ſalutem,
Extenta tactum dextra expurgauit eundem;
Præcepitq. viro ſe conferat illicò Summo
Sacrorum Regi, cui debita lege miniſtret.
Ergo licet vetitus verbo rem prodidit omnem,
Sic etiam quicumque poteſt contingere Ieſum,
Extemplò vt latè infirmus curatur abundè.
Vndique turba ruit, cogitq. frequentia Ieſum
Deſertos petijſſe ſinus, & vaſta locorum,
Condita nequaquam caperent cū mœnia gentes
Ergo collectis, & concurrentibus vnà
Ieſus ait, felix, cui concedetur iniquos
Effu-

Effugiſſe actus: felix, cui tempora current
A vitijs correcta malis, faſtuq. ſuperbo
Libera, & innocuos longè ſeruantia fines.
Felix, cui dabitur propter me ferre labores,
Quamquam opus eſt vita fungi, ac ſuccedere læthο.
Expedit infandos luctus, ac funus acerbum
Elegiſſe prius, quàm recti prodere leges.
Memet quiſquis amat, ſeſe abneget, ac ſua latè
Dimittat: non dignus erit conſcendere cælum,
Si quis cuncta meo poſtponere neſcit amori.
Dedecet æternis aliquos inhiare virorum,
Ni virtus animis longè præſtantior adſit,
Quàm fuerit quondam, vt cedat perfectio patrū.
Qui meus eſſe cupit, ſapidum ſal eſſe memento,
Qui meus eſſe cupit, quaſi ſol clariſſimus eſto:
Non ſecus ac fratrum dilectio mutua currat.
Nō meus eſſe poteſt, qui fratrem odiſſe laborat:
Vtq. tibi frater noceat, tu dilige fratrem,
Firmaq. perpetuò vobis connubia ſunto.
Iuramenta fuge, ac ſanctum ne ſperne timorem.
Te virtutis amor iuſtos compellat in actus:
Non homines tangant, terrenaq. gloria pectus.
Siue Deum rogitas, ſeu munera mittis egenti,
Sit tua mens ſimplex, vni ſeruire parenti
Æthereo cupiens, peregrinum & pellere amorē.
Sollicitus nimium nemo velit eſſe meorum,
Vos cælo Numen curare impenſius optat.
Cernitis vt viles agrorum enutriat herbas,
Cernitis vt plena flores conueſtiat arte:
Quærite iuſtitias animi, vincetur egeſtas,
Quærite iuſtitias animi, bona cuncta ſequētur.
Si tu cuius eges petito, meliora dabuntur.
Ne temerè fratrem damnes quaſi pectus iniquū:

Quæ velis, ipſe tibi, fratri te cedere dignũ eſt,
Vt morbos hominum, fermenta cauete malorũ;
Productis homines noſcetis ab actibus iſtos;
Nec vitis dumum, nec dumus proferet vuas.
Arcta tenenda via eſt: eradicabitur omnis
Quæ fructus reprobos, turpesq. eduxerit arbos.
Si meus eſſe putas, at geſta rebellia ſunto,
Concideris, dederuntq. amplam tua tecta ruinã.
Fortè aliàs Petri nauem conſcendit Ieſus,
Ac Petrum in captum diffundere retia iuſſit:
Ille infit, tota cùm nocte ſubire laborem
Contigerit, ſicut penitus nullo ante dierum
Piſcatu, vacuosq; ſinus, ac retia geſſi,
At parere tamen lubet, & confidere verbo.
Ergo cum demum raperet ſua retia ſtagno,
Piſcibus extraxit ſicut nunquam ante referta.
Obſtupuit pauidus, Ieſumq; affatur apertè,
Poplitibus flexis, ego me cognoſco ſceleſtum,
Non ego ſum dignus, qui cum verſeris amicè,
Non mea digna ratis, cui tu ſubijſſe labores:
Ergo age, cede loco, atque alios tibi iunge receptus.
At Ieſus, poſthac tibi non ſint retia curæ,
Sed captare homines, humanaq. pectora verbis.
Matthæus Ieſu conuiuia lauta parabat.
Conueniunt illùc, qui vectigalia tractant,
Et peccatores alij: iam murmura pulſant
Aures, & Scribæ, Phariſæaq. turba queruntur,
Blaſphemant Ieſu, quia ſeſe immiſcet iniquis.
Ieſus ait, medicos par eſt curare vocatos,
Corpora, quæ lãguent: nuſquã medicina paratur
Sanis, nec renuit cuiuis ignoſcere Numen.
Ecce iterum incipiunt comites laudare Ioãnis,
Vt qui ieiunent, ac blaſphemare frequentant

Di-

Diſcipulis Ieſu, quia non ieiunia ſeruent.
Queis Ieſus, dũ ſponſus adeſt, gaudebit amicus:
Tempus erit, ſponſo ſibi quo geſtire viciſſim
Deſinat ablato, vt ieiunia longa ſequatur.
Arguere inſiſtunt, cur contempſiſſe videntur
Diſcipuli ritus maiorum, ſcilicet vnda
Abſterſiſſe manus, dum ſtat decumbere menſis?
Ille ſed, In veſtras cur tanta incuria mentes
Obrepſit? vobis vt ſtet docuiſſe parentum
Contemptum? ac meritos patribus non cedere honores?
Deſertis legum grauiora, hæc parua ſequuti:
Complendum eſt vtrumque genus, digniſſima primũm:
Ore Deum colitis, ſed corde laceſſitis omnes:
Voſq. dealbatis ſimiles per corda ſepulchris,
Oſſa latent intus, candorq. extrinſecus extat.
Regna Dei ſunto, veluti fermenta farinæ:
Ac pariter ſunto, veluti theſaurus in agro.
Ac rurſus, qualis ditiſſima gemma videntur:
Atque etiam veluti piſcantia retia ſunto.
Per ſata Diſcipuli tranſibant: vellere ſpicas
Incipiunt, aliqua ſibi quò ratione liceret
Conſuluiſſe fami, atque auidos depellere ſenſus.
Fortè dies feſtus fuerat, Phariſæa virorum
Turba queri, iuſtosq. audet dixiſſe nefandos.
Excipit hos Ieſus, memini ſumpſiſſe Dauidem
Sanctorum panes, eſcarum, & panis egentem.
Collectos aliàs cum fortè doceret Ieſus
Arentem dextra quem ſenſit adeſſe virorum,
Euocat in medium, tùm percontatur ab ijſdem
Num cura expediat, quamuis ſint feſta dierum:
Mox addit circumſpiciens, extendito dextram
Tu, cui dextra riget. verbi virtute recepta

Euaſit ſoſpes, turba mirante ſalutem.
Ecce Capharnæam rurſus properauit in vrbem:
Hic vbi tecta domus ſubit, hùc cōcurrere turbæ
Feſtinant, cupidæ doctrinam audire magiſtri.
Scribę aderant aliquot, demittitur ecce deorſum
Alta paralyticus per tecta ſuperna, quòd obſtent
Turbæ aditus intraſſe loci, & curaſſe ſalutem.
Cui Ieſus, Confide, inquit, peccata remitto
Cuncta tibi. at Scribæ ſecum impia murmura verſant.
Nequā hominū agnorat mētes. Ergo infit Ieſus,
Creditis infandum memet dimittere noxas,
Ac ſanctum hæc lędi Numen per verba putatis.
Vt poſſet hoc ergo fieri noſcatis abundè,
Signa dabo fidei vobis: tu ſanus abito,
Dixit. at ille Domo firmato corpore ceſſit.
Interea Scribæ, Phariſæaq. turba virorum
Conſilium cepere ferox, deperdere Ieſum,
Herodiſq. ſibi ſocias iunxere cohortes.
Ad mare, ſed Ieſus turba ſectante recedit.
Spiritibus nequam latè curabat Ieſus
Preſſos, Diſcipuli pariter complura leuabant
Corpora: ſed Scribæ, Phariſæaq. turba virorum
Accuſant verbis, ac denigrare laborant:
Belzebub auctorem primum dixere ſalutis,
Præſtigijs falſis, ac dæmones arte repelli
Contendunt alij, cultus quò creſcat inanis,
Permittente Deo propter peccata malorum,
Non ope cæleſti, Supero neque Numinis aſtu.
Sed contrà Ieſus, mihi ſi per Dæmonis artem
Hoc fieri datur, ac veſtro ſtat fidere ſenſu,
Vt me damnetis quaſi Belzebub eſſe miniſter
Fraude velim: at veſtri fratres, natiue ſubactos
Qua virtute fugant hoſtes, ac dæmona dirum?

Ergo

Digitized by Google

Ergo iudicijs horum,ſenſuq. cadetis,
Damnandi æternū,atque in funera ſæua vocādi.
Si dux militiæ poſſederit arduus arcem,
Inde ſuperueniat qui vi depellat eundem,
Hoſtis erit primi, poterunt nec Regna ſubacti
Stare ſatis: contrà gratis peccatis iniqui:
Propterea merito vobis perijſſe neceſſe eſt,
Spe veniæ ameta, nam ſpiritus iſte repellit
Munera diuinæ longè clariſſima mentis.
Fratres, ac mater præſtolabantur Ieſum
Extra ſepta domus,pro Ieſu corda gerentes
Anxia ſollicitè, cùm cognouiſſet eoſdem
Ex dicto aſtantum, ne ſic tibi fortè cauendum,
Aut alij in Ieſu ſe fidere poſſe negarent:
Ieſus ait, Cui firma Deo eſt ſeruire voluntas,
Et mater, fraterq. meus digniſſimus eſto.
Scriba ſequuturus Ieſum ſeſe obtulit vltrò,
Ieſus, at humanis inhiet nè fortè bonorum,
Illicò ait, nec tecta mihi, neque commoda ſunto
Præſentis vitæ, quæ ſunt animalibus ipſis.
Quidam è diſcipulis in tecta redire ſuorum
Optat adhuc, pariterq. patri donarier orat.
Cui Ieſus, Dimitte homines terrena ſequutos,
Tu ſectare meos ritus, ac munera Diuùm.
Nauem introgreſſus ſomno vix ceſſit Ieſus,
Cùm pontum furere, ac ventos obſtare paratos
Diſcipuli ſenſere ſibi: ſeſe arte tuentur,
Nec ſatis eſſe putant latè exreſcentibus vndis.
Euigilat Ieſus tandem clamore ſuorum:
Ac ventos,pontumq. domat per iuſſa furentem,
Diſcipuloſq. ſuos latè verbo increpat, vt qui
Nondum virtuti poſſent fidiſſe magiſtri.
Cuiuſdam famulum de gente paralyſis arctat:
Ille rogat Ieſum, nè ſe dimittat inanem,

Sed famulo donet patienti dura ſalutem.
Ieſus ait, Veniam, vt curem. mox excipit idem:
Non ego ſum dignus, pro quo ſubijſſe laborem
Certes: tu poteris verbo feciſſe valentem,
Quem cupio famulum. tantum admiratus Ieſus
Conceptæ de ſe fidei, ſubit illicò turbis,
Non iſtud reperi in Iacob: cæleſtia captent
Externi, ex Abraha genitis de ſede repulſis.
Mox homini conuerſus ait, Tu vade, recepit,
Quem famulo demum cupias, me ferre vigorē.
Facta fides dicto, famuloq. eſt reddita virtus.
Ecce duo occurrunt obſeſſi dæmone corpus,
Infandum genus illud erat, cunctisq. tremendū.
Vt Ieſum videre oculis, clamare frequentant,
Non opis eſt noſtræ tibi poſſe obſiſtere Ieſu,
Eijce in hoſce ſues, ſi nos de corpore pellis,
Non grauius turbes, & non in tartara mittas.
Conceſſum rapuere gregé, qui tractus in vndas
Occubuit penitùs, fugientibus inde miniſtris.
Non recipit, Ieſus, fuerat qui dæmone preſſus,
Vt cuperet, quocūque ſequi: tamen imperat arctè
Nunciet in patria, ſibi quæ feciſſet Ieſus.
Paruit is dicto, ac totam rem pandit ad auras;
Venerat ad Ieſum, cuius defuncta fuiſſet
Filia, multa rogans, vt proſpexiſſe parenti
Orbato velit, ac natam reuocare ſub auras.
Dum comes ire parat, mulier ſtetit obuia Ieſu,
Bis ſenis fluxum quæ paſſa eſt ſanguinis annis:
Hæc tetigit veſtem: totus fugit illicò morbus
Corpore, & optatam recipit per membra ſalutē.
Cùmq. domum vita functæ acceſſiſſet, eandem
Aſſumpto ſecum Petro, Iacobq., Ioanneq.
Excitat è ſomnis, qui, ſi non adſit Ieſus,
Æterni fuerint, æternum & lumina claudant,

Spi-

Digitized by Google

Spiritus humanos mutus poſſederat artus:
Oppreſſo Ieſus decedere corpore iuſſit:
Efficitur, vinclumq. oris per verba reſoluit.
Iam duo, qui prorſus lapſi ſint lumine viſus,
Ieſum clamantes rogitant pro luminis vſu:
Fiat, Ieſus ait, fidei pro pondere veſtræ,
Ac ſequitur ſubitò, cum tangeret organa viſus.
Vt vidit Ieſus turbas, miſeratus eaſdem eſt:
Diſcipulosq. ſuos, qui deſeruire ſtuderent,
Aggreditur dictis, iã plurima meſſis in agro eſt,
Exorate Deum, meſſorum vt copia creſcat.
E naui turbas cœpit docuiſſe ſequutus,
Ne ſeſe premerent humeris, ſicq. ore profatur:
Regna Dei ſunto, qualis, qui ſeminat, eſto:
Diffundit ſemen, qui ſeminat, excidit inter
Denſas pars ſpinas, ſupra pars altera petras,
Hoc tenet ecce vias, frugi terram occupat illud.
Non ſecus in verbo Domini contingere credas:
Si tu diuitijs inhies, ſpineta videris;
Quod ſi dura geras tua corda, putabere petra;
Si ſolùm, dum non obſtant contraria, ſperas,
Publica facta via es, meritosq. negaueris actus:
Curas pelle graues, dureſcere deſine recto,
Inſtabiles firma mentes, terra optima facta es,
Ac poteris veluti ſegetum centena referre.
Dum petit ecce Nain multa comitante caterua,
Effertur iuuenis vita defunctus ab vrbe:
Siſtite, ait Ieſus, pheretrum. ſtetit illicò turba:
Depoſuere viri corpus, perſiſtit Ieſus.
Ad ſuperas verbo reuocare potentius auras.
Audiuit iuuenis, ſupraq. pheretra reſedit,
Laude Deũ aſſumpta turba celebrante viciſſim.
Vos prorſus ſimiles pueris cantantibus, infit
Iudæis Ieſus, ſeu complorantibus eſtis,

Abſtinuit paſtu nimiùm Baptiſta ciborum,
Iudicioq. fuit veſtro correptus iniquo
Dæmone; cumq. cibis mihi ſtet communibus vti
Dicor potator vini, rerumq. vorator.
Commendata ſuis tamen eſt ſapientia notis.
Cuiuſdam ſtudio Phariſæi in tecta vocatus,
Diſcubuit Ieſus. quod cùm ſenſiſſet apertè
Magdala peccatrix, animo commota fideli,
Accurrit lachrymans, ac retrò conſtitit aſtans,
Ore verecundo, ac vultus compoſta pudicos:
Dum rigat ecce genas lachrymarum fonte modeſtas,
Lauit mœſta pedes Ieſu, abſterſitq capillo,
Signa piæ fidei, ac ſani argumenta doloris.
Fortè ſub hoc tempus capiti infudiſſe refertur
Fractum alabaſtrinum vnguenti, quod prorſus abundè
Vicit odore domum, ſpicati pleraq. nardi.
Quidã ex diſcipulis, quos proditor inter Iudas
Hoc ſuper accenſi iacturam dicere factam,
Ignari rerum, ac ſortis per funera Ieſu,
Myſtica, quę mulier per ſparſa vnguẽta perũxit.
Tutari, ac latè defendere cœpit eandem,
Mox quia miſcebat Phariſæus murmura ſecum,
Pro tactu nimium propter peccata dolentis,
Arguit iniuncti per ſymbola fœnoris aptè,
Fœmineamq. fidem meritò cõmendat, & actus.
Nazareth in patriam rurſus conſcendit Ieſus,
Hic vbi mirati ciues dixere frequentes,
Filius hic Marię eſt genitor faber extitit, adſunt
Nobiſcum fratres, ſimiles noſtriq. ſorores,
Vnde ergo virtus? ſiue hæc ſapientia fluxit?
Contemni potius cognatio poſſe videtur,
Quàm cui ſit fidei nobis, vel quicquid habendũ.

Sic

Sic ijdem, ſibi ne proſit virtutibus obſtant,
Diſcipulos binos immittere cœpit in vrbes,
Et vicos Ieſus, quibus eſt conceſſa facultas
Curandi quoſuis doni vitalis egentes,
Ac docet, abſtineant opibus, rebuſq. creatis,
Sollicitoſq. fugent ſenſus, alioſq. ſceleſto
Tramite in innocuum reuocent virtutis amorẽ.
Tactus eorundem facta eſt medicina ſalutis.
Audijt Herodes, ac credidit eſſe Ioannem,
Qui mira hæc faceret, cui quondã buſta recidit,
Vitales ac ſi fuerit reuocatus in auras,
Multa per agreſtes cum fortè ſequuta fuiſſet
Turba locos Ieſum, verbo recreauit eandem:
Tum iubet apponi paucas comedentibus eſcas.
Diſcubuere viri ſubſtratis protinus herbis:
Victa fames gentis, latèq. ſuperfuit auctus
Inde cibus, potuitq. auidos depellere ſenſus
Millenis, qui ſæpè aliàs vix ſufficit vni,
Contigit hoc iterum mirantibus omnia turbis;
Ac Regem ſtatuiſſe volunt: ſed fugit Ieſus.
In mare Diſcipuli quondã abſceſſere frequẽtes:
In montem Ieſus perſtans orare parentem,
Fortè ſub abſceſſum noctis deſcenderat æquor,
Ac ſiccis tumidas pedibus calcauerat vndas.
Diſcipulis contrà ventos nitentibus ipſos,
Dum trans ire parat Ieſus, phantaſma putatur.
Conclamant omnes turbati pectora motu,
Præſentes eſtote animis, Ego Ieſus, Ieſus
Infit. continuò deferbuit ira profundi.
Petrus ait, Si Ieſus ades, mihi pelle timorem,
Accedamq. iſthùc. accedere iuſſit Ieſus:
Dumq. mari graditur Petrus perpellitur vndã,
Sed clamat, Ieſuſq. redarguit inde timentem,
Ac reprimit ventos, & quæ furit vnda ſuperbè.

In

In Tyrios abijt Ieſus, Chananæa ſequuta eſt,
Vt ſenſit mulier, cui dæmone filia ſæuo
Capta tenebatur: Ieſum obſecrat illa, ſalutem
Impertire velit, micaſq. dediſſe puellæ
Sacrorum miſeræ donorum, operumq. ſuorum,
Seq. canem immundam non dedignatur haberi.
Annuit intereà mentem admiratus Ieſus,
In ſua tecta abeat, quòd facta eſt filia ſoſpes.
Credidit exemplar mulier modò facta virorũ,
Ac reperit natam ſua præmia digna valentem.
Prætcrea innumeros, quos adduxere frequenter
Vndique collecti populi, curauit abundè
Innumeris Ieſus morborum caſibus auctos.
Surdus erat, mutuſq. ſimul, defertur Ieſu.
Hic verò ingemuit caſu commotus acerbo:
Vtq. Patri referatur honor, ſuſpexit Olympũ;
Mox aures tetigit, reſerari & contigit aures:
Ad linguæ tactum ſunt reddita munera linguæ,
Laus turbæ ſequitur propter miracula rerum.

SACRARVM
DESCRIPTIONVM
LIBER DECIMVSSEXTVS.

CÆſareæ in notas Ieſus con-
ceſſerat oras,
Hic vbi diſcipulis eſt per-
contatus ab ipſis,
Quem ſeſe dicant homines? aut vnde fuiſſe?
Hi plures Eliam, plures a-
lijq. Ioannem,
Qui quondam fuerint alij de vatibus vnum.
Iudicium ipſorum perquirere perſtat Ieſus:
Petrus ait, Tu Ieſus ades cæleſtis origo,
Filius Ætherei Patris, ſpes vnica terris.
Ergo ſubit Ieſus, quia te veracius iſtis
Edocuit genitor, quò me cognoſcere poſſes,
Te ſuper ipſe meam Eccleſiã ædificare parabo,
Vt ſuper hàc petra fundata, exurgat in auras
Digna Deo ſedes, hominum tutiſſima turris,
Cui non infernæ poſſint nocuiſſe cateruæ:
Oſtia tu claudes, ac tu reſeraueris iſthæc:
Indignum ſi quem reputes, reputabitur idem:
Ille ſolutus erit, cui vincula ſolueris: at quem
Obſtrictum tua vincla velint, arcebitur aſtris,

Ecce

Ecce, ſubit Ieſus, Solymam dum ſcanderet vrbē,
Diſcipulis latè prædicere velle labores,
Luctusq. infandos, duriq. grauiſſima læthi
Perpetienda ſibi, ſupremorumq. dolorum
Arte, doloq. Ducum populi, pro crimine gentis
Purgando penitus, perturbandoq. ſuperbo
Dæmone, captiuis ac dura ſorte leuandis.
Sed Petrus humanis inſiſtens actibus vti,
Ab Ieſu perſtat mortis depellere mentem.
Ieſus ait, terrena ſapis, qui talibus obſtas:
Cede loco, ac Superos diſce internoſcere ſenſus.
Diſcipulos quondam Ieſus miſſurus in vrbes
Inſtruxit, quos eſſe velit, quoſq. eſſe laboret:
Simplicitas adſit, necnon prudentia vobis:
Itis oues, lupus ecce rapax oppreſſerit artus,
Non deſperandum tamē eſt, ſuperabitur hoſtis.
Qui teſtis Patris, atque mei, vel morte ſequuta,
In terris fuerit, nitidum quaſi fulſerit aſtrum:
Tu me dignus eris, teſtis meus eſſe memento:
Si ſit opus, flocci tibi cuncta domeſtica fiant.
Veh qui doctrinæ non verba receperit huius:
Qui teſtis meus eſſe fugit, pelletur Olympo:
Spiritus infundet tempeſtiuiſſima linguæ
Verba tuæ, vt victi taceant, qui falſa ſequūtur.
Cuncta patent veſtrum, nihil ergo periuerit vſquam:
Cui vos cordi eritis, ſtat præmia digna referre.
Omnia iudicium cum ſedero, geſta ſubibunt.
Quæ docui occultè, cunctis ea cognita fiant.
Quondam Ieſus ait, gentem admiratus iniquā,
Non datus eſt cunctis eadem cognoſcere ſenſus:
Prudentem rerum fugit hæc doctrina mearum,
Illa viris reſerata fuit plerumque modeſtis:
Veſtra meæ legi ſupponite corda libenter,
Quip-

Quippe meæ legis dulciſſima pondera ſunto
Vitam animis latura hominum, latura quietem.
Veh tibi Bethſaidæ ingratæ, vobisq. Corozai,
Et cui monſtraui tot prodigioſa, Capharnao:.
Si Sodomæ ciuis tot quondam oſtenta videret,
Fortè nouam vitæ formam amplexatus iuiſſet.
Quidam è Iudæis ſignum petiere ſuperbè:
Ieſus ait, Certè, ſed Ionæ ſigna dabuntur.
O miſeri, faciem cæli dignoſcere noſtis,
Tempora neſcitis tamen obſeruare ſalutis?
Vos condemnabunt populi, quos miſſus Ionas,
Per vitæ verbum in vitam reuocauit honeſtam:
Pectoribus pariter Reginæ veſtra Sabææ
Pectora iudicio iuſto damnanda videntur;
Quæ viſum acceſſit Salomonem è finibus orbis:
Nec Ionas, Salomonve pares virtute putandi.
Spiritus immundus, ſi ſortè receſſit ab vllo,
Itq., reditq. iterum, totiesq., quotiesq. repertũ
Hoſpitium fuerit, cui ſemper inhæſerit aptum;
Aſſumpto ſecum & ſocio fautore locorum.
Vos eritis ſimiles, ſi non ſapiatis iniqui:
Negligitur vobis animi quæ cura ſuperbè,
Nulli æquanda rei eſt, cùm ſit digniſſima rerũ.
Iudicio quicumque hominum ſiſtetur apertè,
Nec poterit cauiſſe iras, vultusq. tremendos.
Vir quidã Nicodemus erat Phariſæa propago:
Hic adiens noctu Ieſum, Diuina fateri
Geſta audet, Ieſumq. ipſum celebrare prophetã.
Ieſus ait, Nemo qui non renouetur in vndis,
Vt qui ſit rurſum genitus, cæleſtia Diuùm
Regna petet poſthac, cùm ſit per ſymbola rerũ
Ante renaſcendum, quàm vitæ limina poſſis
Scandere, ac æthereis paſci felicius auris.
Sic homines Numen dilexit, vt inclyta nati
Cor-

Corpora tradiderit, quò captiuiſſima tellus
Libera ſeruitio cacodæmonis eſſet ab omni.
Ergo vt per Moyſem ſublatus in aera ſerpens,
Sic ego ſum ligno crucis affigendus iniquo.
Acceſſit Ieſus Sichar propè prædia Iacob,
Hic vbi erat puteus ſanis clariſſimus vndis:
Dum ſedet ad fontem patria deſcendit ab vrbe
Fœmina peccatrix, de more haurire fluentam.
Hanc Ieſus potum petijt: cui fœmina durum
Reſponſum dedit, vt renuat verſarier vnà,
Ac ſecum alternis fugiat ſermonibus vti.
Vana ſuperſtitio tantùm potuiſſe videtur.
Ieſus ait, Si me noſſes, tu fortè petiſſes,
Ac tibi, quam cuperes, viuo de fonte dediſſem.
Illa refert, non cauſſa ſubeſt, ſed cómoda deſunt
Inſtrumenta tibi: nec tu præcedis Iacob,
Qui puteum hunc fodit, dudumq. eſt vſus eodē.
Ieſus at, abſimilis fuerit mea lympha, perennem
Abſtuleritq; ſitim, quam nō hæc veſtra repellit.
Ergo ſibi partem petijt: reſpondet Ieſus,
Accelera, hùc adduc tibi per connubia iunctū:
Quod ſi legitimo te forte carere virorum
Dixeris, haud renuam verum eſſe putare, quod inſers.
Quinque fuere tibi: qui te fouet vltimus at nūc,
Haudquaquam tuus eſt, noli chariſſima falli.
Tu vates, ſubit illa, mihi nec falſus habendus:
Dic vbi ſi vates, dignè Deus ipſe colatur.
Verus adorandus Deus eſt vbicumque locorū,
Ieſus ait, modò mente colas, curaq. fideli.
Illa refert, Chriſtus poſtquam mittēdus in orbē
Venerit, is doceat latè diſcommoda per vrbes.
At Ieſus memet, qui dicitur expectari,
Eſſe putes Chriſtum: per me ſunt dona ſalutis.

Di-

Diſcipuli intereà alloquium, quo ſola moratur
Fœmina, congreſſusq; nouos mirantur Ieſu;
Ac rogitant ediſſe cibos, quos vrbe tuliſſent.
Eſca mihi fuit munus ſeruaſſe receptum,
Ac votum compleſſe Patris, ſubit illicò Ieſus.
At mulier poſitis ad fontem vaſibus, vrbem
Exclamans repetit, remq. omnē pādit ad auras,
Ecce Samaritæ per verba audita fideles
Concurrére illùc, Ieſumq. ſub oppida cogunt
Intrare, ac ſecum, dum ſic placet, vſque morari.
Firmatisq. in recto animis tandem inde recedit.
Cuiuſdam Ducis ardenti languore tenetur
Filius: is patria Ieſum conuenit ab vrbe,
Ac rogat, vt properet; nè, ſi contingat abeſſe,
Interea morbo puer extinguatur acerbo.
Ieſus ait, tibi nulla fides, niſi ſigna videbis:
Aſt abeas, metuiſſe caue, ſua membra valebunt.
Credit vir dictis: horaq. repertus eadem
Conualuiſſe puer, ſua quo promiſſa recepit.
Ergo tota viri domus illicò facta fidelis.
Cùm Solymis eſſet piſcina probatica quōdam,
Ieſus adire locum ſtatuit, quo turba iacebat
Plurima lāguentum: motis nāque alite lymphis,
Quem primùm abluerent, quantumuis æger, ab omni
Morbo liber erat. Quidam detentus iniqua
Peſte quater ſteterat quaſi denis lāguidus annis:
Hùc poſtquam venit Ieſus, lectuſcula iuſſit
Impoſuiſſe ſibi, corpusq. abijſſe valentem.
Iuſſa facit ſoſpes: ſed plurima murmura verſant
Iudæi, quòd geſtet onus, quaſi Sabbatha ſpernat.
Authorem facti pariter facit ille ſalutis:
Propterea Ieſum cepere odiſſe frequentes,
Infandæq. dediſſe neci cupiere viciſſim:
Quan-

Digitized by Google

Quandoquidem cæli Numen dixiſſe parentem
Sæpè ſuum eſt auſus, quaſi cõpar numinis eſſet.
At Ieſus verbis, mentemq., ac verba refellit
Impia, & vnanimem ſecum docet eſſe Tonantẽ:
Nil, inquit, rerum facerem, ſi Numen abeſſet:
Arguitur ſactis præſentia Numinis iſtis,
Me Dominum ſtatuit rerum Pater, & mihi latè
Iudicium exercere dedit, ſeruare fideles,
Impiaq. æternis deperdere corpora flammis.
Scrutetur Moyſem veſtrum quicumque: videbit
De me ſermonem præclaræ laudis haberi.
Sed vobis habuiſſe fidem non ſtare videtur,
Gloria marceſcens, quia non quæſita viciſſim.
Trans mare ſectatur Ieſum noua turba Capharnaum:
Signa petit Moyſis, quæ ſigna ſimillima ſignis.
Manna dedit Moyſes, vtinam tu manna dediſſes.
Agnouit mentes hominum terrena ſequutas
Ieſus, & in prauis inniti ſenſibus omnes:
Ac veluti cum quis defuncta cadauera ſomno
Excitat, illaq. humo ſtudet erexiſſe ſub auras,
Dum tamen vt tollat, perſæpe recedere in ima
Contingat ſemper: ſic vitæ ſemita turbis
Monſtratur, ſentitq. retro remeare vocatas,
Nec facilè cæli curſus tenuiſſe repertos.
Sed non propterea Ieſus deſiſtit iniquos
Ex animis hominum verbo depellere ſenſus,
Vt qui, ſi turbæ renuant feciſſe, quod optat,
Semine diffuſo proſit per ſæcula terris.
Ergo ſubit quondam, dum perſtat in vrbe Capharnai,
Tradiderit Moyſes pereuntes Patribus eſcas:
Non vos captari pereuntibus expedit eſcis,
Quos tetigit grauior, longà & felicior ætas.

Panis

Panis viuus ego, cælo delapſus ab alto:
Si quis deguſtet, non eſt moriturus in æuum.
Per me non aliter, quam per vim ſeminis olim
Grana reuiuiſcunt corrupta: reſumpſerit artus
Vir iuſtus primos, mortalis ritè ſolutis
Legibus, ac toto reclareſcente ſub auras.
Non toti pereant homines, iterumq. ſubibunt
Corpora, vt ætherea poſſint regione potiri:
Sed guſtãda caro vobis mea, & ore premẽda eſt:
Non ſecus atque alijs pariter contingit in eſcis,
Vt virtus adſit, lapſusq. refloreat artus:
Quod mannæ antiquo penitus fuit ante negatũ.
Has propter voces retroceſſére frequentes
Diſcipuli, vt meritò contemnere poſſe putarẽt,
Talia qui vellet, quaſi planè abſurda, referre.
Ergo biſſenos verbis ardentibus vrget,
Si ſibi ſit pariter placitum ceſſiſſe, recedant.
Iamq. vnum ex ipſis ſe noſcere dæmona factũ,
Petrus ait, tu verba Deo digniſſima profers,
Vt ſuper abſceſſu fruſtra tentaſſe labores.
 Feſta dies aderat propior, cognatio Ieſu
Nondùm terrenos à ſe reiecerat actus.
Ergo adeat Solymam, fratres hortantur Ieſum,
Notaq. ſit virtus, vbi ſit collectio gentis.
Non ſe facturum, quæ vellent vana ſequuti,
Ieſus ait, tandemq. Sion, ac Templa reuiſit:
Hic vbi coniurant interfeciſſe docentem
Sæpius incaſſum immiſſis lictoribus illùc.
At Ieſus pergit turbis clamare precando,
Qui ſitit, hùc veniat, tali de fonte bibendũ eſt,
Vt viuas refluatis aquas: ego longius ibo,
Quæſierit me veſtrum aliquis, fruſtraq. laboret.
At populus ſecum, nùm Gentes iſte docebit:
e facit is Chriſtum, ſed nemo dixerit eſſe

Poſſe

Poſſe iſtud, Vates cum non Galilæa miniſtret.
Defendunt alij, geſtis pro teſtibus vſi,
Quos inter Nicodemus erat: ſed voce repulſus
Acriter, edidicit malę ſeſe obſiſtere multis.
Ieſus Oliueti de monte in Templa recedit,
Manè ſequuturos vt qui cognoſceret actus.
Dum turbas docuiſſe parat de more fluentes,
Ecce ſub infando mulier, quæ iuncta marito,
Turpis adulterij trahitur deprenſa reatu,
Siſtitur & coram Ieſu: tùm maximus infit:
Hæc mulier coniuncta viro violaſſe reperta eſt
Immeritò, legesq thori, ſanctumq. pudorem.
Præcepit Moyſes tales demittere lætho,
Saxisq. obruere, vt ceſſet peccare voluntas,
Motaq. ſupremi deferueat ira Tonantis.
Quid tua nam rerum ſuper hoc ſententia verſat,
Dicito, ſtat nobis dictis parere docentis.
Ieſus ait, peccaſſe bonum, & laudabile non eſt,
Stultè ſectari renuas dictamina mentis:
Quiſquis homo eſt, vti diſcat ratione ſequutus
Recta, nec indignis immiſceat actibus artus:
Accedit lex ipſa Dei, atque æterna voluntas,
Quæ iubet infandis auertere pectora rebus:
Hæc vt vera putem, ſintq. obſeruanda viciſſim:
Non tamen impuros recti decet eſſe miniſtros,
Aut noxæ voluiſſe alios damnaſſe ſceleſtum.
Ergo qui veſtrum ſibi conſcius eſſe videtur
Iuſtitiam ſeruaſſe Deo, caſtumq. pudorem,
Is lapide iniecto primus ſua corpora lædat:
Hunc ego, vt innocuus poſſim, non perſequar actum:
Iudicio veſtrum mihi ſtat dimittere cauſſam.
Dixit, humiq. notas inſcribere cœpit apertè,
Quæ culpas hominũ poſſent meminiſſe malorũ.
Illi

Digitized by Google

Illi vbi ſe dictis, ac ſcripto puluere iuſtè
Cognouere peti, turbati pectora caſu,
Senſim abeunt omnes, factiq. fuere ſequaces
Abſcedentum alij, donec contempta viciſſim
Sola relicta fuit, nullo damnante virorum.
Ieſus ait, Mulier diſcrimine tuta videris,
Criminibus poſthàc tu viuere libera ceſſes.
In Templo turbas inſtat docuiſſe frequentes:
Terrarum lux, inquit, ego, mea verba ſequaris,
Nec metuas tenebras, vitæ qui lumina captas:
Vos quia ſermones depellitis auribus æquos,
Æterna prorſus damnandi morte cadetis.
De Patre proceſſi, ſi peccaritis iniquè,
Seruus peccati veſtrum quicumque manebit.
Vos ego de noxis redimam ſublatus in altum,
Vos ego ſi redimam, liberrima corda geretis,
Non ego progenitos Abraha vos eſſe negarim;
Progenitos Abraha, ſed non veſtigia tanti
Digna tenere viri, ac rectos contemnere curſus.
Me dare certatis ſtirps iniuſtiſſima lætho,
Ac votum ſtygij patris compleſſe paratis:
Ipſe homicida fuit primus, mihi reddere vitam
Stat cuiuis hominum, qui non parere recuſet.
Iudæi contrà, tu delirare putandus,
Nam Vates cecidere omnes, Abrahamq. fidelis,
Tu tamen explenti tua vitam dicta perennem
Pollicitus, ſubigiq. neci non poſſe ſequacem
Cõtendis, potiorq. Abraha, potiorq. prophetis.
Mox quia ſeſe Abraham pręcedere tẽpore dixit,
Iratos paſſus, ſaxisq. ferire paratos
Deſtituit templo cedens, vt ab vrbe recedat.
Dum Templo abſtrahitur, quendam, cui lumen ademptum
Ex ortu penitus fuerat, conſpexit Ieſus,
Di-

Diſcipuli inſiſtunt, defectus poſcere cauſſas:
Nùm tanti quondã ipſe mali, nùm cauſſa parẽtes
Extiterint, viſu quò ſit deperditus omni?
Ieſus ait, non ipſe fuit, neque cauſſa parentes,
Ac ſi ſint alij factis melioribus vſi:
Sed placitũ è meritis ſuper hoc reſerare potẽtis
Dextræ diuitias, clarasq. effundere voces
Imperij Superùm Domini, rerumq. parentis:
Nunc operũ tẽpus; nemo atræ noctis in vmbris
Quicquam agat, aut poterit lucem proferre ſub
vmbris.
Sol ego terrarum: Ni mutua lumina ſumas,
In tenebris fueris totus, neque lumina cernas.
Dixit, & è ſputo lutum facit, organa linit
Viſus, ac Siloe lymphis iubet inde lauari.
Is totam dicto parens fugat illicò noctem.
Agnouere hominem plures: quæſita ſalutis
Forma, modusq. ſuæ eſt cunctis vbi cognita latè
Forma, modusq. fuit, deducitur ecce notandus
Principibus populi, qui rem cognoſcere vellẽt.
Ergo rogant hominẽ, fuerit nùm cœcus ab ortu?
Si fuerit, quanam defectibus arte leuatus?
Rem totam expoſuit, qui ſic ſanatus adeſſet,
Ac factus fuerat ſua lumina ſoſpes Ieſu.
Illi indignati nimium, nec mente fideles,
Scrutandos verbis accerſiuere parentes.
Accedunt, cæciq. ſuos nati, ante virorum
Diſcutiunt caſus; natumq. fatentur eundem
Eſſe ſuũ hunc ipſum, qui lumine captus vtroque
Ex ortu fuerit, nunc lumine ſoſpes vtroque.
Cætera, ſubijciunt, nato depoſcite ab ipſo,
Ex quo quis formam poterit didiciſſe ſalutis.
Ergo iterũ reuocant hominẽ, rurſusq. docentur
Totius facti ſeriem, cauſſamq. ſalutis.

De-

Digitized by Google

Detruſere virum, lecto per iurgia cœtu,
Detruſuri alios pariter ſua verba ſequutos.
Conueniſſe parat Ieſus, factumq. fidelem
Firmat adoranti ſimilem, ſimilemq. colenti:
Sedero iudicium, Ieſus mitiſsimus, inquit;
Intereà cœcos par eſt cognoſcere ſenſu,
Vt cœci fiant oculis, ſenſuq. potentes.
Ipſe ego ſyderei quondam ſum factus Olympi
Oſtia, vt ingreſſi lætiſſima paſcua carpant:
Non præſtari aditus poſſunt aliunde locorum;
Si quis adeſt alius, furum decernitur eſſe.
Dignus paſtor ego, non qui ſua lucra ſequatur:
Dum videt iſte lupos, curſu fugiſſe laborat;
Non ego diffugiam morti certare paratus.
Præter oues Iudæ mihi ſtat reuocare repertas
Vnum in ouile alias, quò gloria vtriſq. potiri
Contingat, nulliſq. horum non vita paretur.
Si moriar, lætus moriar, lætuſq. reſurgam,
Morte ſimul victa, penituſq. ex Orbe repulſa.
Diſſenſu certare viri ſub vocibus iſtis
Inter ſeſe agitant, dubioſq euoluere ſenſus.
Ergò adeunt Ieſum rurſus, rurſuſq. laborant
In verbis tentare animum, mentemq. loquentis,
Chriſtum expectamus, referunt; tua geſta videntur
Quiddam altum ſonuiſſe, hominiſque excedere vires:
Eſt aliquod tamen incertum, ac dubitabile ſignũ,
Vt poſſint pendere animis, qui talia curant.
Ergò tu nobis ediſſere apertius iſtud,
Vt tandẽ ceſſet mens noſtra timere, quod obſtat.
Ieſus ait, mea geſta docent, me vera loquutum,
Sæpe aliàs: ſed vos nec verbis creditis vllis,
Nec geſta, humanæ penitus quæ conſona menti,

An quoniam ex ouibus non contigit eſſe vocatis,
Nemo meas poterit manibus rapuiſſe parentis,
Nemo meis poterit manibus rapuiſſe paternas.
Quis tales patri non coniunctiſsimus vnquam
Perfeciſſe actus poterit? nec teſtis adeſſet
Idem accerſitus, ſi dæmonis vterer arte,
Ipſe, paterq. ſumus, verbo ſi creditis, vnum.
Hoc illi audito, lapides attollere certant:
Me lapide indigno ſimul oppreſsiſſe ſtudetis,
Ieſus ait, vobis cum multa oſtenta probarim:
Qua tuti ratione ſcelus tentatis iniqui?
Reſpondere, Deum quia te feciſſe laboras.
His Ieſus, ſcriptura Deos ſi dixit apertè,
Quos Deus alloquitur, quantò magè filius olim
Dicendus fuerit Deus, ac pro Numine habẽdus?
A patre me genitũ poſsit quis dicere, quod ſim?
Labitur ex oculis igitur, manibuſq. ſequentum,
Iordanemq. petit rurſum. concurritur illùc
Vndique miratis geſtorum inſignia Turbis.
Fortè aliàs mõtem Thabor conſcendit Ieſus,
Aſſumpto ſecum Petro, Iacobque, Ioanneque.
Hic vbi tota viri facies mutata refulſit,
Non ſecus ac nitidi clariſsima lumina Solis,
Veſtes candorem late aſſumpſiſſe repertæ,
Candorem ſuprà niueum quæ fortè referrent.
Hùc ſecum aduecti Moyſes, Eliaſq. ſteterunt,
Quæ ſuper exceſſu fuerant decreta ſupremo,
Caluariæ montis, Solymaq. ſub Vrbe notatis.
Diſcipuli intereà nutantia lumina ſomno
Correpti ceſſère graui. mox clara vaporum
Circunfuſa tegit nubes, auditaq. Cælo
Verba, ſuperfuſos quæ diſcuſsiſſe ſopores
Extemplo potuere, iſtas reſonantia voces,
Hic

Hic meus eſt genitus, par eſt parere docenti:
Hunc ego dilexi, placeat mandata ſubire:
Hic mittendus erat vobis, ne ſpernite miſſum,
Huius ad obſequium veſtros componite mores:
Huius ob obſequium pariter ſuccũbere morti,
Si ſit opus, cupiſſe iuuet, contemnere vitam:
Hàc cæli tentanda via eſt, huc vertite greſſus,
Sic mea completur latè ſaturanda voluntas.
Ecce autem ignarus rerum Petrus incipit ore,
Ac Ieſum alloquitur dulcedine captus abundè,
His ſuaue eſt manſiſſe locis, hæc cõmoda ſunto,
Nec mea, vt adfuerint, mihi ſint incõmoda curæ:
Pro te, pro Moyſe, atque Elia digniſsima dignis
Exurgant tegumenta domus, vt cætera deſint.
Inde Elias, Moyſeſq. abeunt, ſua quiſq ſequutus
Tecta loci, atque oculis viſi euaneſcere longè.
Solus Ieſus adeſt, ac tota receſsit imago,
Quæ prius auertit rebus pia corda caducis,
Plena Deo facies, dulciq. ſimillima ſomno.
Ergo qualis erat mortali corpore Ieſus,
Qualis & aſpectu, cum montem Tabor adiuit,
Talis ab abſceſſu ſua reddita forma duorum eſt.
Ieſus at aſſumptis arcana recludere montis,
Ac motam effigiem, vultu prohibere ſeuero
Diſcipulis perſtat, donec mortalia geſtet
Corpora, & humanis membris perrexerit vti.
Hi percontantur, cum ſit rediturus in Orbem,
Vt Scribæ docuere, Elias, quibus vſibus idem
Venturum expectent Eliam, poſt tempora Scribæ,
Vt Chriſtum anteeat, certè venturus in Orbẽ eſt,
Quem dicunt Eliam: Reditus præcedet, Ieſus
Addidit, ille meos: ſed dum veniſſe Ioannem
Cernitis, iſte meos præcedere debuit ortus;

Quem tamen indignæ potuere opponere morti.
Ergo cum rurſus terris acceſſerit Elias,
Corruptos hominum edoceat ſubuertere mores,
Atque fidem reuocet, cultuſq. repellat iniquos:
Cuius crediderim ſimiles vos eſſe futuros.
Talibus alloquitur ſummo de monte recedens,
In magnos acuens per verba extrema labores.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

IESVS vbi partes Thabor deſcendit in imas,
Incidit in turbas, quæ circum dæmona dirum
Corpus vexantem ſteterant: concurritur illuc
Vndique: ſed genitor, cui tota ſalutis inhæret
Cura ſuæ prolis, prouoluitur illico Ieſu
Cum lacrymis genibus, pueroq auertere ſæuam
Enixè rogitat peſtem: namq. inquit, abundè
Diſcipuli experti haudquaquã potuere mederi,
Nec talem oppreſſis depellere Dæmona mẽbris.
Acriter inuectus verbis damnauit eoſdem,
Ac velut indignos Ieſus, nec mente fideles:
Mentiq. immundæ, decedito corpore, dixit.
Diſcerpit puerum dæmon, nec ferre iubentis
Verba poteſt Ieſu, cuſtoditoſq. relinquit,
Dudum artus, ac proſtrat humi, ſimilemq. iacenti
Reddidit, exanimem vt poſſit feciſſe videri.
Spiritus ecce ſuos redit acceiſitus in artus,
Ac ſenſim propius ſuſpiria corde trahentem:

 Sentit

Digitized by Google

Sentit adeſſe patrem, circumq. aſtare cateruas
Euentus præſtolantes, finemq. malorum:
Auctorem tantæ qui libertatis Ieſum
Agnoſcens grates agit, & collaudat apertè;
Inde ſui tandem compos, ſoſpeſq. recedit.
Diſcipuli inſiſtunt à Ieſu quærere cauſſam,
Qua ſibi non licuit depellere corpore Ditem,
Diuerſos cum ſæpe aliàs curaſſe virorum
Diuini fuerint in nominis ante potentes.
Spiritibus natura iſtis non omnibus vna eſt,
Ieſus ait, diuerſa fugat medicina rebelles:
Hoc genus eijcias, ſi per ieiunia patrem
Multa meum rogites, cui ſunt iungenda viciſſim
Nomina, quæ cultu ſtatuit veneranda perenni.
Sed modo parua fides vobis obſtaſſe reperta eſt:
Quippe fides adſit, velut vnica grana ſynapis,
Mons totus cum mole ſua remouebitur ingens.
Ingreſſus Ieſus Petro comitáte Capharnaum;
Aſſumit Petrum exactor, didrachma magiſtro
Soluendum eſt veſtro: ſic cætera turba virorum
Aſſolet, vt vinclis idem teneatur ab iſtis.
Præripuit Petro Ieſus reſponſa ſeorſum,
Atque ait, iniuſtum eſt natos hac lege teneri,
Iuſtè coguntur natis hac lege ſolutis
Externiq. homines, alienaq. regna tributo:
Ne tamen in minimis fiat iactura bonorum
Maior, ſors fuerit noſtrum communis vtrique:
Ergo hamo aſſumpto deſcẽdito in æquoris oras,
Hic vbi quem piſcem dederit mea cura prioré,
Suppeditet penitus, quæ ſint ſoluenda miniſtro.
Paruit is dicto, piſciſq. ſub ore reſecti,
Quem primum cœpit, ſtater eſt inuentus, vt omnem
Perſoluens dederit, quod ſit pro principe iuſſum.
Biſſeni

Biſſeni quondam viſi contendere ſecum,
Toto de numero quis maximus eſſet eorum.
Diſcipulos nouit vaniſſima corde ſequutos
Ieſus, & humanis intendere pectora rebus:
Is puerum ſtatuit medium, ac ſic ore profatur,
Simplicitas veſtros cum commendauerit actus,
Quæ pueri longè ſit proxima moribus huius,
Tunc dabitur cæli ſedes tetigiſſe beatas:
Ergo cuius erit pleniſſima, maximus eſto:
Excipite hos pueros propter me, ſcandala vobis
Euitanda putem, nam ſimplicitatis honeſtum
In pueris maculaſſe nefas, cui cælica curæ:
Expedit in vaſto mergi tua corpora ponto,
Quàm pueri vacuos vitijs corrumpere mores:
Quod ſi ſub ſceleris te pars quæcumque reatum
Pertrahet, hãc meritò reliquis abſcindito mẽbris.
Numen amat pueros, nec de tot millibus vnum
Quantum animo cauiſſe potes, curaq. fideli,
Æternum offenſo ſemet perijſſe voluntas.
Innumeras conſueuit oues dimittere paſtor,
Vt reuocet, ſi fortè erraſſe agnouerit vnam.
Si frater fortaſſe tuus te læſerit olim,
Corripito ſolus verbis, ac mente modeſtis:
Si non pœniteat fratrem læſiſſe tuas res,
Sarciat vt damnum, teſtes adhibere memento.
Quod ſi perſtiterit mentem obdurare nefandis
Criminibus, fiat collectio certa bonorum:
Quod ſi ſic pariter monitus parere recuſet,
Immundum immunda veluti de gente putato.
Quæ rata crediderit collectio tota bonorum,
Hæc eadem ſupero confirmabuntur in Axe.
Quin etiam ipſe meo collectis nomine binis
Altitero medius, latè fouiſſe laborans.
At fratri quoties eſt ignouiſſe neceſſe,

Quærenti ex Ieſu Petro reſpondet Ieſus,
Donec pœniteat verè peccaſſe nocentem:
Quippe pater veſter toties peccata remittit,
Ne, ſi iudicium in fratrem ſtatuiſſe ſeuerum
Quis velit, in ſeſe latè experiatur idipſum.
Conatus quidam fuerat per nomina Ieſu,
Cum de diſcipulis lectis non eſſe pateret,
Oppreſſis dirum depellere dæmona membris.
Diſcipuli vetuiſſe ſtudent: ſubit ergò Ioannes,
Præceptor ſalue: res hæc vbi cognita quondam,
Indigna eſt prorſus mihi viſa, patiq. moleſtum.
Ieſus at, immeritò tales vetuiſſe laboras:
Eſt aliquid mentes mihimet ſeruare fideles.
Quondam alias Solymam Ieſus petijſſe ſolebat,
Diſcipuloſq. parare iubet, queis recreet artus.
En Samaritæ patria de ſede repellunt,
Hoſpitioq. ſuo renuunt cœpiſſe ſodales,
Qui venere illuc, ergo Iacobq. Ioanneſque
Inſtant velle faces ignis traxiſſe per auras,
Vt Samaritæ fiant lata eſca fauillis.
Arguit hos Ieſus, tali contendere zelo,
Non opus eſt, inquit, non veni perdere gentes,
Sed vitam impertiſſe homini, qui fortè periſſet.
Iuris Ieſum alias interrogat ecce peritus,
Quæ cenſenda putent mandata potiſſima legis.
Huic Ieſus retulit nimium reſponſa modeſtè,
Diligito Dominum, & colito ſuper omnia Numen,
Proxima ſunt, velut ipſe tibi, ſic proximus eſto.
Reſponſū benè, vir ſubijt; mihi proximus at qui?
Ieſus ait, rerumq. inopes, ac panis egentes,
Talibus adfueris, quo latè cælica cures.

Quedā introgreſſus quondā fuit oppida Ieſus:
Excepit Ieſum mulier, cui nomina Marthæ:

Huic

Huic ſoror vna fuit, Mariam dixere parentes.
Cumq. miniſtraret Martha ipſa frequẽtius eſcas,
Sollicitoſq. animos gereret pro rebus agendis,
Sed non ſollicitos pariter pro rebus agendis:
Iuncta ſoror gereret, quoniam vigilantius hæret
Diuinos fouiſſe pedes, audiſſe docentem:
Sic demum alloquitur rerum malè conſcia Ieſũ,
Aſpernenda tibi non ſic res noſtra videtur,
Ecce vides Mariam curare domeſtica nolle,
Vt totum mihi verſet onus, ſoliq. relinquat
Curarumq. globos, & compleuiſſe fluentum
Munera reddituum, vt feruor pleniſſimus angat
Perpetuo mentem, turbiſq. moleſtia pectus,
Sollicitoſq. trahant penitus mea corda labores,
Ergo præcipias (tibi nam parere iubenti
Fas erit, & cupiat) noſtris vt adeſſe gerendis
Iuncta velit mecum rebus; partemq. laboris,
Et cauſſas demat, ne mens mea fluctuet æſtu
Tanto curarum: ſic non ſibi prorſus inertes
Tranſiget illa dies, ardorq. leuabitur omnis,
Igneus, inſtabili turbat qui pectora motu.
Excipit his Ieſus, Marthamq. redarguit vltro,
Multa tibi curæ ſunt Martha, & commoda vitæ
Grata nimis, tu ſollicitum trahis anxia pectus:
Vna tibi qrærenda forent de rebus agendis:
Hæc Maria elegit dignè, quæ tempore longo
Firma manere velim, donec ſublimia ſurgant
Regna, decuſq. nouum ſors maturata miniſtret,
Membraq. perfuſo incipiant ſplendeſcere cælo.
Diſcipulos voluit Ieſus docuiſſe parenti.
Æthereo fudiſſe preces, cum fortè rogaſſent:
Ergo ait, orantes ſic fas componere ſenſus,
Clareſcat tua fama pater, tua regna ſubintrent,
Ac fiat merito terris complenda voluntas,

Suppedita nobis opportuniſsima vitæ
Sicut nos alijs, nobis tu ſolue reatus:
Nos mala non vincant, & culpæ cauſſa recedat.
Vota dediſſe Deo nulli ceſſare licebit:
Obdura, & perſta, donec te dona ſequantur:
Flectere quæ ſolita eſt homines patientia, Numẽ
Vicerit, ac manibus ſteterit tibi gratia plenis.
Fortè alias quædam mulier ſic voce loquuta eſt,
O felicem vterum, qui te portauit, abundè,
Vbera lactentis latè felicia matris.
Dixeris at potius ſuperi cui verba parentes
Conceſſum eſt audire, refert, eademq. fouere,
Turpeſq. ex animo ſemper diuellere ſenſus:
Dixeris ac pariter, vigiles qui tranſigat horas,
Felicem, vt Dominum excipiat quacumque paratus:
Hunc ego conſtituam latè ſuper æthera regem.
Pectus auaritiæ noli ſupponere rerum,
Hæc bona deficient, virtus ſociauerit aſtris:
Congeſtum argentũ, atque aurũ donetur egeno,
Vt tibi ſydereo creſcat domus alta ſub axe,
Non ibi ſint fures, neque corruptiuus in æuum
Vermis, perpetuo vt durent ea regna rotatu.
Si quis conſeruos duro ſub verberis ictu
Excipiat, Dominus dum latè abijſſe probatur,
In reditu Domini replicato vapulet ictu.
Si cui multa dedi, complura repoſcere mens eſt,
Vt mihi quod tulerit cũ fœnore creſcat abundè.
Deſcendi cælo accenſas deferre fauillas:
Ardeat ergo Orbis, teneant incendia terras,
Nã genito genitor ſuus abiungẽdus ab ipſo eſt,
Ac genitrix genita, fraterq. ſorore, ſororq.
A fratre, vt ſupero cedat natura fauori,
Ac ſuperexcedat Diuino gratia partu.

Si

Si reus effectus fueris, cito concipe pacem,
Ne tibi contigerit maiora referre malorum.
Hyppocritis cunctis ego væh denuncio magnū,
Mentibus ac pariter denuncio damna ſuperbis:
Væh quoque claudenti dabitur reſeranda ſalutis
Oſtia, & aſſuetis duras imponere leges,
Cum renuant ipſi digito tractare viciſsim.
Ad Ieſum referunt occiſos eſſe Pilati
Decreto quoſdam: quibus hæc reſponſat Ieſus,
Non illi ſuperant reprobis exceſsibus omnes,
Longè peiores ijſdem vixere frequentes:
Ac vobis pariter niſi deſiſtatis iniquis
Actibus, æternum fuerit perijſſe neceſſe.
Quæ ſterilis fuerit, latè extirpabitur arbos,
Vt dudum patiar fructum expectare paratus.
Audibat Ieſum quondam Synagoga docentem:
Aſſitit hic mulier, quæ latè inceſsibus artus,
Curua ferebatur rigido contracta reatu.
Ecce miſertus ei Ieſus, dimittitur, inquit,
Parua valetudo vinclis, vt ſæpe ſolutis:
Eripe corpus humo, tua pœna receſſerit omnis.
Illa humeros tollit membris languore leuatis,
Hæc inter princeps Synagogæ percitus ira,
Audet ab occurſu, quem nouerat eſſe ſalubrem,
Diuinumq. ægros retrotraxiſſe fluentes,
Feſta ex lege Dei veluti ſi Sabbata ſpernant.
Principis hyppocritæ ſenſus vbi nouit Ieſus,
Non tulit impunes, hominemq. redarguit vltro,
Atque ait, à foueis qua luce trahetur aſellus
Non fieri poſsit ſeu vir, ſeu fœmina ſoſpes,
Sollicitè anguſtos aditus intrare paretis,
Sollicitè ignauos cæleſti ſede repellam,
Nec proſit vos eſſe Abrahæ de ſemine ductos;
Ac proſit multis Abrahæ ſe geſta ſequutos,

Quamuis non Abrahæ fuerint è ſemine nati.
Quidam accedentes dicunt, tibi funera princeps
Præparat Herodes Ieſu: quibus ille, maligno
Dicite, ait, paucos vitæ ſupereſſe dierum:
His prodeſſe licet, poſthæc ego longius ibo,
Nec redeam, donec plauſu reuocetis ouantes.
Ingreditur Ieſus phariſæa in tecta vocatus,
Vt vires ſtructis noua per conuiuia menſis
Corporis exempta reparet fame cautius ergo
Obſeruare ſtudent iuſsi diſcumbere ſecum.
Aſtitit hydropicus coram, quem Ieſus, vt omnes
Sabbatha contemni male credant, peſte leuauit:
Inde homines damnat, ſibi qui digniſsima poſcant,
Primoſq. accubitus cœnarum fortè ſequantur:
Edocet inſtructis menſis, dapibuſq. paratis
Non conſanguineos natura vrgente viciſsim,
Aſt inopes motu ſupero impellente vocari,
Vt veræ maneant homines ſua præmia laudis.
Felix, cui dabitur cæleſti ſede potiri:
Sed vero Deus ipſe vocans contemnitur, ac ſi
Contingat Domini verti ſua commoda in vſus.
Sút, quos diuitiæ, atque alij, quos cœca voluptas
Inficit, at plures humana ſuperbia tollit:
Ergò pauperies mentis ſubiecta, ſubactis
Fræna cupidinibus, captiuatiq. rebellis
Elati ſenſus animi, cæleſtia rerum
Dona ſinant hauſiſſe ſibi, cæloq. potiri.
En promiſſa viris, vt quondam debita primis
Regna ſequuturis mutata ſorte dabuntur,
Indignis penitus tota de ſede repulſis.
Diſcipulus meus eſſe cupis, ſuper omnia memet
Dilige, reiectis pariter de corde creatis,
Quippe alias ſi fortè meo contingat amori
Opponi-

Opponi terrena, retrò conceſſeris vltrò:
Sic imperfecti fuerint per tempora curſus.
Peccanti cuiuis homini, ac ſcelerata ſequuto
Me monſtrare ſinus nemo miretur apertos:
Sunt peccatores, & qui noxalia tractant,
Errantes vt oues, amiſſaq. gemma mearum,
Vt meritò curem ſcelerum compage ſoluta
Excepiſſe animo, ac ſenſu fouiſſe fideli.
Filius eſt patri, ſi diſſipet ille bonorum,
Quæ ſibi debetur partem: num viſcera claudat,
Eijciatq. domo rurſus parere paratum?
Nō ea mens patris eſt, neq. talia pectore verſat.
Villicus eſt Domini, qui multa negocia curat;
Diſſipat hic ſtultè rerum complura ſuarum:
Iudicium Domini metuens ratione nouata
Nominibus demit conflati ponderis æra,
Certo vt præſidio, ſi fortè repellitur olim,
Eſſe ſibi poſsint. Vobis imitanda videtur
Hæc forma, atq. inopes miſera ſunt ſorte leuādi,
Vt vita functis latè opportuna miniſtrent,
Ac cælo excipiant miſera vos ſorte leuantes.
Nemo poteſt veſtrum Dominis ſeruire duobus,
Alteruter vobis eſt aſpernendus apertè,
Seu ſimul obſequium, ſeu ſubcontraria poſcant.
Diues erat luxu nimio, ac regalibus eſcis,
Biſſina quem circùm veſtis, quē purpura circūm:
Pauper, inopsq. fuit, pariter mendicus, egensq.
Vlceribus plenus ſub diuitis oſtia victum,
Atque ſtipem rogitās. vita defunctus vterq. eſt,
Hunc Abrahæ ſinus, aſt illū domus infera Ditis
Excipit, vt fuerint variatæ ſortis alumni.
Magna fides vobis opus eſt, quæ grana ſynapis
Craſſitie ſaltem referat: ſic pareat orbis
Haud dubiè totus, ſenſuq. carentia rerum,
Vt

Vt nil prætereas rerum, quæ iuſſa fuerunt,
Non aliter credas, tu ſeruus inutilis eſto.
Forte decem infecti lepra acceſsiſſe virorum
Ad Ieſum, morbo curari membra precantes:
Ille Sacerdotes, inquit, petijſſe neceſſe eſt:
Dumq. iter arripiunt, mundari contigit artus.
En Samarita infectos euaſerat inter:
Iſte retroceſſit, gratesq. egiſſe ſalutis
Authori cæpit venerans. cui dixit Ieſus,
Vnus de numero grates agit aduena toto.
Ergo abeas, tua namq. fides tibi cauſſa ſalutis
Extitit, ac latè vicit mea pectora virtus.
Quærenti quæ ſigna forent, ac tempora Regni:
Regna Dei vobiſcum adſunt, neque ſigna repoſcunt,
Inquit, ſed redeat velut ocia fulgura tandem.
Perpetuæ penitus fuerint inopina ſalutis
Tempora, vt extemplò ſurgat mea gloria terris:
Sic Noe temporibus terras mergi accidit vndis:
Loth quoque temporibus Sodomæ patuere fauillis.
De ſocijs vnus tolletur in aſtra duobus:
At prius adfuerit noſter contrarius, ad ſe
Vt vocet immiſsis latè cultoribus omnes.
Qui ſapiat, fugiet retrò ceſſiſſe laborans,
Ne pereat veri deluſus imagine ſecum.
Eſto frequẽs precibus, veluti muliercula quondã
Quæ rea facta fuit ſæuo vexare parato
Iudice: at illa diù cauſſæ decreta repoſcit
Vltima, vt admotum contra ſe diſtrahat hoſtem:
Quanquam obdurauerat Iudex, tamen ecce moleſtæ
Cedens vota implet, ſic libera facta receſſit.
Non huic abſimilis Deus obſecrantibus eſto.
Nam

Nam ſeſe, aſſiduè excipiet per vota precantes.
Aſcendere ſimul quondam duo templa virorum,
Quorũ alter Phariſæus erat, Publicanus & alter:
Ieſus ait, primus ſua facta fidelia iactat
Contempto ſocio, qui ſecum orare modeſtè
Inſtiterat, ſcelerum ſolui de nexibus optans.
Iſte Deum veniam expoſcit, corda impia quondam
Percutiens dextra, ac ſuſpiria plurima miſcens.
Ergo abeunt, pariterq Deo fit charior alter,
Quem bene pœnituit, quàm qui mala plurima iactat.
Ad Ieſum infantes deportauere frequentes
Omina Diuino tactu quo fauſta darentur:
Diſcipuli prohibent, Ieſus quos increpat vltrò
Atque ait: ecce patent pueris infantibus aſtra,
Vt reuocare velim, non eiciſſe fluentes.
Acceſſit quidam diues, didiciſſe ſalutis
Certus iter, Ieſumq. petit, quà ſemita cæli
Optanti pateat, curſusve facillimus adſit:
Ieſus ait, præcepta decem ſeruare neceſſe eſt.
Ille ſubit, mea cura fuit compleſſe, quod infers,
A teneris annis natura edoctus, & arte.
Cui Ieſus, perfectus eris, ſi prædia vendas,
Pauperiemq. ſequens, mecum precia ipſa miſertus
Pauperibus dederis, non fictæ laudis amore.
Ille retroceſſit nimium ſua pectora triſtis;
Quippe quod immẽſos agros, lata arua tenebat.
Ieſus at, haud, inquit, poterunt cæleſtia curæ
Eſſe homini, cui diues ager, lata arua miniſtrant
Plurima redditrum: nam tranſcendentius hæret
Terrenorum ardor radicitus extirpandus.
Si Superi aſſiduè curare negocia Regni

For-

Fortè velis dignè, atque animos ſeruaſſe fideles,
Quippe ſuos animi ſtultè qui ſcindit amores
Lancibus æquatis tandem depreſſus iniquo
Pondere perpetuò rigeat peiora ſequutus.
Ergo Petrus ait, Nobis tua verba ſequutis,
Omnibus abiectis rebus, quæ præmia ſunto?
Iudicium Tribuum vobis ſediſſe mearum
Ille refert, mecumq. polo regnaſſe licebit:
Sic alius quicumque eadem feciſſe repertus
Perpetuò fuerit, Supero ditabitur axe.
Ad Hiericho cæcus victum quæſiſſe ſolebat:
Is concurrenti è turba, fremituq. virorum
Senſit adeſſe inibi Ieſum: ergò ardentius inſtat,
Ac replet clamore locum, ſibi luminis vſum
Expoſcens auidè. Ieſus mitiſſimus audit,
Accerſitq. hominem, quem turba petiſſe vetabat,
Quod licitè cuperet, verboq. potentius vno
Sortem illi miſeram demit, lucemq. miniſtrat.
Turbaq. ad effectum obſtupuit mirata ſalutem.
Vir fuit, antiquam Hiericho coluiſſe refertur
Nomine Zachæus, membris, & corpore paruo,
Dux peccatorum, publicanorumq. magiſter,
Qui cuperet ſaltem ex viſu nouiſſe docentem.
Hic ergo audita fama venientis in vrbem,
Sublimis Moro conſcendit in arbore ramos,
Vt videat Ieſum: nam circumfuſus obibat
Hunc latè populus, neque concurrentibus illùc
Vndique turbarum collectis gentibus vſquam
Cernere erat. ſtantem conſpexit in arbore Ieſus,
Scrutatusq. animum, vt ſecum diſcūbat apertè,
Deuocat: ergo ſuas gaudens excepit in ædes,
Oblato quadruplo rerum, quas fortè tuliſſet
Iniuſtè, vt reliquis largè ſuccurrat egenis.
Ieſus ait, nunc ecce ſalus tibi parta ruenti eſt.
Col-

Digitized by Google

Collectis Ieſus turbis ſic vocibus infit,
Quidam in diſtantes patria conceſſerat oras,
Regnum aſſumpturus: famuli diuerſa talenta
A Domino argenti, atque auri retulere vocati.
Dena habuit primus, cepit quina alter, & vna
Tertius, à reditu quæ magno fœnore reddant.
Lucratus totidem eſt primus, totidemq. ſecūdus;
Ocia ſectatus non vlla talenta lucratur
Tertius: hunc Dominus rediens pœnalibus vrget,
Ac replicata viris donauit præmia primis.
Talis ego fuero, cum ſceptra recepero Regni.
Regna Dei ſunto, qualis qui ſepe colendos
In campos operas mittit, quarum altera ſummo
Mane vocata fuit, media pars altera luce,
Pars etiam ſerò ſub veſpere iuſſa labori
Non pacta abſimili à primis mercede ſubintrat,
Sic primi, ac medij, poſtremaq. temporis ætas
Sunto pares meritis, fuerit neque gloria diſpar.
Audita fama Regni Zebedeia coniux
Terrenis inhians ſtultè clariſſima, binis
Munera depoſcit natis, graduumq. nitorem.
Arguit hos Ieſus, tentanda laboribus, inquit,
Quam cupitis, precio non ſtabit Regia paruo.
Rumpendus vobis aditus per tela, per ignes,
Corpora dāda neci, mea Regna tenebitis ambo,
Prima dare ætherei fuerit modò cura parentis.
Ambitio condiſcipulis ea cognita denis
Viſa indigna fuit: quapropter Ieſus eoſdem
Edocet humanis non fidere rebus, & altos
Demiſiſſe animos, atque aſſumpſiſſe modeſtos:
Qui cupit ex vobis alios anteiſſe, miniſtret.
Quidam acceſſerunt verbis tentaſſe docentem,
Num liceat cuiuis cauſſa ex quacumque marito
Di-

Dimiſiſſe ſuam nuptam, velut ante propheta
Seruandum ediderat Moyſes in lege parentum.
Excipit hos Ieſus, non fas dimittere vobis
Vxorem ductam, ſi turpis adultera non ſit,
Nec leges infida thori violauerit aſtu.
Ergo mœchi eritis, ſi iuncta ſit altera vobis
Fœmina, mœcha viro pariter quæ iuncta ſecundo.
Non homo, ſed numen vos per connubia iūxit:
Ergo homo non poterit vos effeciſſe ſolutos.
Non capiunt omnes ſponſali viuere nexu
Liberi, & æthereo ſua membra ſacraſſe parenti.

SA-

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

IESVS ad antiquam Solymorum acceſſerat vrbem,
Diſcipulos binos adducere mittit aſellum.
Auſcultant ijdem dictis: iāq. ardua montis,
Quà per Oliueti cliuos iter eſſet, eidem
Suppoſita cum veſte equitans cōſcendit apertè.
Vndique ab vrbe fluunt tota, viridiq. reciſo
Fœtibus arboreis ramo, palmaq. frequenti,
Atque olea ſimul inſternunt, quà tranſitus adſit,
Subijciuntq; ſuas veſtes, Oſanna canentes,
Factori rerum, Seruatoriq. piorum.
Poſtquā introgreſſus Solymam, cōmota viciſſim
Turba fuit populi, prolem admirata Dauidis.
In Templum venit pueris clamantibus Io,
Io, quem cælo numen demiſit ab alto,
Vt reparet terras, atque impia vincula ſoluat.
Audiuere iſthæc Phariſæi, & corde rebelles
Inſiſtunt verbis, noſti, quæ plurima iactent
Hi de te pueri, quos tu prohibere recuſas?

Ie-

Ieſus ait, legitur lactentibus vbere natis
Perfectã Domino laudem, atque infantibus eſſe:
Si pueri taceant, lapides clamare ſequentur.
Inde ſacris idem de ſedibus eijcit omnes,
Qui templo mercari auſint, ac vendere curent,
Subuertens latè menſas, cædensq. flagello
Funiculis facto, motus pietate parentis,
Ac zelo legis. tùm ſic affatus eoſdem eſt:
Quæ tanta arripuit veſtras præſumptio mentes,
Vt fœdare meas per veſtra negocia ſedes
Effeciſſe auſi latronum more prophanas?
Talibus è tectis, ac templo tollite curas,
Mendaces animos, ac ſordida lucra fouentes.
His dictis cæcos, & corpora morbida ſanat.
Ad Ieſum acceſſit rurſus Phariſæa propago,
Atque ait, vnde tibi defluxerit iſta facultas?
Diſſere, forte tua hæc eſt vſurpata poteſtas.
Ille refert, vos, vnde fuit Baptiſma Ioannis
Dicite, vt in cauſſa poſſim reſponſa referre.
Hi, quod ſe claudi quaſi per dilemma putarent,
Incertum hoc nobis aiunt. Id namque fateri
Si cæleſte velint, reprehendi poſſe videntur,
Quod non crediderint; ſin vana fuiſſe docerent,
Plebis adeſſe metus poterat. Quibus infit Ieſus:
Si vos aſſeritis gratis, quæ vultis abundè:
Cur eadem mihi non liceant? tanta ergo poteſtas
Vnde ſit orta mihi, pariter mens dicere non eſt.
Vinea plantanti fuerat, locat ille colonis,
Ieſus ait: certo mox tempore poſtea mittit
E famulis aliquot, ſibi qui retuliſſe laborent
Promeritos fructus. ſed turba infida coloni
Eiecere foras per plurima turpia miſſos,
Verberibus latè inflictis, ac vulnere ſæuo.
Ecce autem Dominus ſtatuit ſubmittere Natum,
Cui

Cui meritos fructus, atque opportuna miniſtrẽt.
Hi coniuratos animos hærede reperto
Inter ſeſe acuunt paſſim, natumq. trucidant.
Ergo quid à Domino fiat poſt iſta Colonis?
Non male perdiderit? non extirpauerit omnes?
Non alijs pariter fuerit melioribus vſus?
Is lapis eiectus muri digniſſima cepit.
Has vbi per voces, repetitaq. ſymbola rerum
Cognouere peti ſeſe, excidiumq. notari
Horrendum, & commune ſibi, Solymæq. potẽti;
Exarſere animis, ac, ni Diuinius obſtet
Conſilium, plebisq. metus, iam in funera poſcant.
Ecce tamen Scribæ, Phariſæaq. turba rebelles
Supponunt quoſdam Ieſum tentaſſe paratos.
Incipiunt feſtis lingua ſermonibus vſi,
Libertas animi penitus laudabilis iſthæc
Nota tui: nam vera doces, ac numen honoras,
Pro nullo vt latè claro ſimulaſſe repertus.
Dicito, Cæſareis ſoluiſſe numiſmata cenſus
Expedit? an contrà retrò repuliſſe petentes?
Quippe Deo, ſi quis dederit, fortaſſe repugnet.
Nequam animos, & corda hominum proſpexit Ieſus;
Ergo ait, iſta mihi deferte numiſmata cenſus:
Quæ poſtquam vidit, conſcriptaq. nomina latè
Cognita, & effigies, ſimulachraq. Cæſaris, addit,
Reddite Cæſareis, quæ Cæſaris eſſe videtis;
Si qua Dei ſunto, pariter ſibi reddere dignũ eſt.
Sic victi tacuere mali, ſic ceſſit iniquus.
E Sadducæis aliqui tentare docentem
In templo, velut ante alij per verba laborant:
Humanos artus, humanaq. membra reſumi
In vitam rurſus ſe credere poſſe negabant.

Ergo

Ergo aiunt, mulier ſeptem modò nupta maritis
Succeſſiuè aderat, tandemq. eſt functa diebus :
Cuius erit coniux, eadem ſi membra reſurgant ?
His reſponſa refert, homines non nubere cælo
Contigit Alitibus ſimiles , queis membra negantur .
Inde ſubit Ieſus, qua nam ratione Dauidis
Filius eſt Chriſtus, ſicut vos dicitis eſſe,
Quē Dominū in pſalmis non appellaſſe recuſat ?
Dûm docet in templo, vidit, qui dona ferebant,
Quos inter bina æra dedit pauperrima gentis
Fœmina: Ieſus ait, gratiſſima tradidit iſthæc,
Æra quod è proprio ſibi dépſerit vtraq. victu.
In templo rurſus cum forte doceret eodem
Turbis Ieſus ait, Moyſis mandata prophetæ,
Quæ Phariſæorum cætus ſæpiſſime iactat,
Sancta fuiſſe putem, ſed non ſeruare laborant,
Vt cogant alios. vos ergo audiſſe neceſſe eſt,
Sed nō facta ſequi, facta indigniſſima quod ſint.
Hi cultu vitæ nimio, faſtuq. ſuperbo,
Et patres dici cupiunt, pariterq. magiſtri,
Patre Deo vobis, Chriſto exiſtente magiſtro :
Conſumunt viduas, dum vota frequentia fingūt:
Parua implere ſtudent, cōtemnunt maxima legis,
Externos curant ritus, interna repellunt
Ornamenta animi, patrum peccata minores
Sollicitè complent reſperſi ſanguine Vatum .
Cùm Ieſus templo ſecederet, ecce ſequuti
Diſcipuli ſtructuram omnem, admirātur apertè
Ieſu oſtentantes latè: quibus infit Ieſus :
Tempus erit, neque forſan abeſt, quo machina Templi
Huius tota ruet, ne ſit veſtigia ſaltem
Noſcere: permulti populos ſeducere ſurgent
Seſe

Seſe iactantes milli ſub nomine Chriſti :
Vos dictis habuiſſe fidem, ſeu veſtra tenentes
Munera dedeceat. turbabunt prælia Gentes,
Ac motus terræ magni, peſtesq., famesq.
Dira nimis, multos veſtrum contingat iniquo
Extingui lætho, ac duro ſub funere mergi.
Felix, cui dabitur metas tetigiſſe bonorum,
Non pereat omnes, quoaduſque ſit agnita terris
Vera fides totis prius, ac diffuſa per orbem.
Væ quibus extiterit patrijs fugiſſe facultas
Ardua limitibus, quò ſe rapere hoſtibus inſtent.
Nulla prius fuerit ſimilis fortuna malorum :
Tunc falſos vates quamplurima ſigna ſequentur,
Electis dabitur contractio temporis huius,
Sol nitidos radios, & Luna negauerit ortus :
Aſtra cadent, Superiq. poli vis altera fiet,
Exciti tumulis populi clamore reſurgent,
Alituum, vocesq. acres caro ſentiat omnis.
Ipſe ego tunc adero quaſi concita fulgura terris,
Magna comes fuerit cum maieſtate poteſtas.
Felix, qui vigiles quaſcumque peregerit horas,
Supremaq. miſer, qui non vigilauerit hora.
Virginibus denis mea Regna æqualia ſunto :
Quarum prudentes quinæ, totidemq. repertæ
Væcordes fuerint, quianam redeunte ſub horas
Incertas Sponſo, extingui ſua lumina paſſæ :
Ergo foris clauſæ ſapientibus intrò receptis.
Tunc vt paſtor oues diſiungere ſueuit ab hædis,
Sic ego iuſtorum è medio ſeiunxero iniquos,
Ac malè degentes, & crudo pectora ſenſu,
Vt pereant, rectis Superorum in regna vocatis.
  Lazarus æger erat membris, & corpore toto:
Ieſum Lazarides accerſiuere ſorores
Abſentem : ſtetit ille tamen, non inde recedens,

Do-

Donec vitales dimiſit Lazarus auras.
Diſcipulis Ieſus caſum declarat amici,
Atque ait, humanis exceſſit Lazarus oris;
Illuc vt lætho reuocem rediјſſe neceſſe eſt:
Nec mihi diſpliceat terris manſiſſe remotis,
Veſtra fides habeat quò nutrimenta ſalutis.
Diſcipuli perſtant, quì te iam ſæpius hoſti
Obijcis, vt quæras per tot diſcrimina mortem?
Ieſus ait, nobis nihil eſt ſub luce timendum:
Exhortante alios Thoma venere Bethanin,
Hic vbi queſta moras Maria eſt, ac Martha ſorores.
Quattuor ante dies fratris data mẽbra ſepulchris
Defuncti fuerant, vt iam putreſcere poſſent.
Iamq. prius Solymæ procerũ acceſſere frequentes
Laturi Mariæ, ac Marthæ ſolamina verbis.
Ieſus ait, grauiter ſecum plorantibus iјſdem,
Qui fuit impoſitus, lapidẽ remouete ſepulchris,
Lazarus è tenebris vitæ remeabit in oras,
Humanasq. iterum certè guſtauerit auras:
Quippe mihi leges, ac iura reſoluere mortis
Liberum, & in vitam functos reuocare priorem.
Sic liceat vobis animo perſtare fideli.
Tùm lapide amoto magna cum voce ſequutus,
Lazare de tumulis procede velocius iſtis,
Soſpes, ait, membrisq. animus reuocabilis adſit.
Dixerat: erupit viuus, velut ante, ſepulchris
Lazarus, infernisq. ſeris, ac poſte recluſis.
Obſtupuere viri propter miracula rerum,
Vt facti fuerint perfecto corde fideles.
His Solymæ auditis, coniurauere viciſſim
Inter ſe populi proceres, Summusq. Sacerdos,
Authorem vitæ crudeli perdere lætho.
Seu quia luminibus contingeret obuerſari
Per-

Peruerſorum hominum per facta illuſtria Ieſum,
Seu quoniam Regnis falſo terrore timebant,
Ac ſi virtutes hæ funera ſæua vocarent.
Ergo decernunt aliqui tentare furorem
Explere, ac luctus intermiſcere nefandos:
Ieſus at in fines vrbis ſeceſſerat Ephraim.
Ecce eſurierat Ieſus, cùm fortè Bethanin
De Caſtro Solymam rurſus properaret in vrbē:
Ad ficum acceſſit, quæ frondibus eſſet onuſta,
Nec fructus dederat, quia nec dū tēpora fructus:
Aruit ergo eadem, Ieſu poſcente ruinam.
Diſcipulis autem planè mirantibus actus,
Addidit, in verbo fidei trans æquora latè
Procurrant montes, ac totus obediat orbis.
Quidam è diſcipulis alios de gente vocatos
Adduxere viros Ieſu, quibus infit Ieſus,
Tempus adeſt, quo iam immenſum mea gloria creſcat;
Ac veluti, niſi ſub terras tua ſemina mittas,
Grana manent, augenda tamen nō illa videntur;
Sic ego ſi mortem effugiam, læthove recedam,
Solus ero iuſtus, ſoli mihi clara patebunt
Sydera, & ætherea liceat regione potiri:
At ſi contigerit ſupremos ferre labores,
Innumeros addam cælo, pluresq. trahentur
Infernis laqueis, ac pace fruentur amica.
Sim, Pater O, ſoſpes, potius ſed nomina terris
Sint tua nota magis, mihi quippe ob talia naſci
Contigit, ac paſci vitali protinus aura.
Ergo de cælo vox eſt emiſſa per auras,
Et feci, ac faciam, tua gloria creſcat abundè:
Ieſus ait vos hæc petiere tonitrua turbæ:
Si moriar, mecum ipſe traham terreſtria rerum.
Cui turbæ inſiſtūt, Chriſtus mãſurus in æuū eſt:

Non ergo Chriſtus, ſi tu moriere putandus.
His iterum Ieſus, poſt tempora multa tenebris
Vos eſſe oppreſſos, ac digno lumine captos,
Sic vt in immenſum voſmet deceperit error:
Mirum: præſenti Diuino lumine vobis,
Credite, quò tandem liceat de luce renaſci.
Multi vt crediderint, latè Phariſæa timebant
Iurgia, & opprobrijs pro Ieſu nomine fungi,
Humano victi ſenſu, ac terrena ſequuti.
Ieſus vt extollat dona ad cæleſtia mentes,
Exclamat rurſus, qui me contemnit, abundè
Contemnit Patrem: ſed qui me diligit, idem
Diligit & Patrem: obtutu vos cernitis vno
Me, Patremq. meum, cuius mandata recepi,
Vobiſq. expono, ne vos contingat in æuum
Perdi, depulſis penitus de corde tenebris.
Iamq. propinquabant paſchalia feſta dierum,
Cùm redijt rurſus notos viſiſſe Bethanim:
Excepit gaudens animis ſoror vtraque Ieſum,
Lazarus & frater, de lymbo redditus orbi:
Diſcipulos pariter ſecum excepere ſequutos.
Hùc, quò complures alij concurrere viſi,
Commoti nouitate rei, clariſq. triumphis.
Ecce autem interea dum conuiuatur Ieſus,
Infundit capiti ſpicatum Magdala nardum,
Sic vt tota domus magnum ſpiraret odorem.
Iuda ſed infelix, qui non didiciſſet honorem
Velle pati in proprio, ne dùm deferre magiſtro,
Iacturam precij dolet, effuſumq. liquorem.
Ergo abit ad Solymæ proceres, paciſcitur vnà
Pro ſimili pretio certus deperdere Ieſum:
Conueniunt, ac Iuda rei ne ſigna paterent,
Tempora præſtolans opportuniſſima votis,
Ad condiſcipulos remeat, quaſi neſcius eſſet
In-

Infandi caſus, ac proditionis Ieſus.
Prima dies aderat, qua paſchatis Azima rurſus
Menſibus elapſis fieri de more ſolebant:
Diſcipuli aggreſsi verbis ſeruaſſe laborant,
Ac Ieſu inſiſtunt iam tempus adeſſe parandi.
Eligit ecce duos, qui proxima in oppida greſſi,
Ex iuſſu Ieſu veſtigia ſumma ſequuti
Occurſati hominis lymphas in vaſe ferentis,
Cōcedente domus Domino ſibi Paſcha pararūt.
Veſpere diſcubuit Ieſus, biſſenaq. fratrum
Turba ſimul,ſecumq. aderat,qui prodat eundē,
Infandos ſimulans vultus, animosq. malignos:
Sed non effugit ſenſos,mentemq. Magiſtri
Indicijs hominem claris,certisq. notantis.
Ieſus ait, dudum quod adeſt mihi Paſcha,priuſquam
Stet mortem ſubijſſe, fuit celebraſſe voluntas:
Proditor infelix ſub ſigna miſerrima natus,
Ortus abortiuus fuerit cupiendus in ipſo.
Nùm mihi,Iuda infert? Iudæ tibi,rettulit idem.
Diſcipulis autem Ieſus cœnantibus vnà,
Accepit panem,quem per ſua verba ſacrauit,
In corpus mutans; vinumq. ſubinde cruorem
Effeciſſe ſuum potuit: quorum vtraque cunctis
Impertit memorans,propter quæ myſtica dētur.
Mox addit, mihi vina prius non amplius iſthæc
Deguſtabuntur,quàm regna parentis adibo:
Inde ſubit, Satan vos,vt frumenta cribrantur,
Expetijt, quamuis ego,pro te Petre rogarim,
Ac, ſi te iactas animos ſeruare fideles,
Poſſe putem: at dico tibi,me tamen eſſe negandum
Sæpius, vt dubiæ fugias diſcrimina mortis.
Cætera turba fugam confidere neſcia latam

Arripiet longè formidine victa recedens ;
Tandem quod Regni verba inſeruiſſet Ieſus
Falsò crediderant, gradibus metienda ſub iſtis
Cælica Diſcipuli: quò circà inquirere ſecum,
Ac de primatu contendere plurima viſi.
Ieſus vbi admonuit verbis, docet eſſe modeſtos
Exemplo, vt faſtu omiſſo virtutis amore,
Inter ſe latè diſcant certare parati.
Ergo depoſuit veſtes, vbi tota ſuorum
Pulſa fames epulis, ac ſe per lintea cinxit,
In peluim immiſsis coràm accumbẽtibus vndis ;
Curuatoq. genu ſordes abſtergere cæpit,
Immundis pedibus, cæli Rex ipſe miniſter,
Vſque ad contemptum per vilia munera factus.
Venerat ad Petrum, qui contemplatus Ieſu
Maieſtatem, animo, meritæq. inſignia laudis,
Seq., ſuumq. genus, deteſtandosq. rebellis
Naturæ curſus, ac deficientia morum,
Perſtat ab immundis per verba tenacia plantis
Diuinos arcere artus, ac membra lauantis:
At ceſſit tandem Ieſu minitante repulſam.
Ecce tuas etiam ſordes abſterſit Iuda,
Sed non Iuda tuam potuiſti abſtergere mentem.
Aſſumptum munus poſtquam compleuit Ieſus,
Accubuit menſæ rurſus, dein talia fatur:
Ipſe ego qui veſter Dominus, veſterq. magiſter
Præcipio, & docui vos effeciſſe, quod optem;
Ex vobis vnus precio me vendat, & idem
Prodere non dubitet; quin & petulantius auſit,
Cui ſucco madidos, inquit, porrexero panes,
Proditor is fuerit. poſt quæ porrexit Iudæ:
Differt Iuda animos culpa reuocare nefanda,
Quin etiam culpa potius firmatur in ipſa.
Ergo diſceſſit Ieſu impellente viciſsim,
Ne

Ne metuiſſe putet ſeſe, ſed tendere contrà
Oppoſitum morti, ac mortis perquirere cauſſas.
Quippe vbi ſeceſſit ſcelus expleturus Iuda,
Ieſus Diſcipulos verbis affatur amicis,
Nunc mea veraci nouiſtis prædita ſenſu
Verba, & noritis penitus veracia poſthac:
Iam modicum vobiſcum adero, nũc ſolus abibo;
Poſtea ſed veſtrum me quiſque ſequetur euntem,
Iunxerit interea vos mutuus ardor amoris,
Quò ſic aduertant numero vos eſſe meorum
Terrarum populi. Quaſi per diſtincta notarum,
Præſentes eſtote animis, terrorq. recedat
Pectore, veſtra fides quæ patrem amplectitur vnũ
In me contingat perferri, ac terminet actus
Inconcuſſa ſuos; quia nam ſubſtantia mecum
Eſt eadem, pariterq. eſt ſpiritus vnus, & idem.
Atria ſublimis patriæ latiſſima ſunto:
Hic vbi ſecedens loca digna parauero vobis,
Vt ſemper mecum ſitis, quò pergere mens eſt.
Quærenti Thomæ quæ ſemita, quisve locorum
Terminus eſſet: ait Ieſus, meme eſſe putetis
Horum vtrumque; Paterq. meus iunctus ab æuo,
Terminus eſto idẽ mecũ. Hunc ſe cernere dicat,
Qui me cernit: ineſt pariter nam quiſq duorum
Alter in alterutro noſtrum, quod geſta fatentur:
Effuſis precibus faciet maiora fidelis
Exorans Patrem, at ſeruet mea iuſſa neceſſe eſt.
Ecce Paracletus dabitur, qui ſemper in æuum
Adfuerit vobis. Hic vera docere paratus,
Quem fœdorum homines nequeunt cognoſcere morum:
Aſt erit in vobis, & cognoſcetis eundem.
Qui mea iuſſa facit, me dilexiſſe probatur:
Huic ego me dederim, mecũ quoq. Spirit⁹ adſit,

Ac Pater, vt placeat menti inſediſſe piorum.
Spiritus interea mea vos præcepta docebit.
Pax mea vobiſcum, non & terrena ſuperſit,
Me repetente Patrem, vos aggeſtire deceret.
Princeps terrarum Satan nequiſſimus hoſtis,
In me nil reperit latè ſcrutatus iniqui.
Sum quaſi vitis ego, palmes quicumque fidelis,
Ac Pater agricolæ fungetur munere; vt omnem
Qui ſterilis fuerit, ſeu non per tempora fructus
Afferet, omnino ſit de radice ſecandus,
Tradetur flammis. ſed vos mea iuſſa ſequuti
Ingentes fructus, & commoda digna feretis.
Vos ego non dicam famulos, ſed prorſus amicos,
Vt quibus expoſui Diuini oracula Patris.
Quiſque meo ſumpturi eſtis pro nomine mortẽ:
In terris homines vt vos odiſſe frequentent,
Nõ magnũ eſt; memet quia nãque odere priorẽ.
Vos cœtu eijcient, Superis ſeruire putantes,
Latè inſectando, malè quod nouere parentem.
Ergo verborum memores vos eſſe meorum,
Cùm vobiſcum eſſem, non hæc dicenda putaui;
Nunc abeo, ſed non interrogat vllus euntem,
Quorſum abeam, at potius turbati corde fuiſtis:
Expedit abſcedã, neque enim vẽturus in orbẽ eſt
Spiritus, à veſtris ſi non ego ceſſero terris.
Ceſſero, mœrores ac pectora veſtra tenebunt,
Et quiuis veſtrum fugiat me ſponte relicto:
Gaudia ſed rurſus per pectora veſtra recurrent,
Cùm per me prorſus ſit fracta potentia mundi.
Mox in cælum oculos mouet, alloquiturq. parentem,
Ac rogat, Eccleſiam ſeruet, iuſtosq. fideles,
Ne pereant animis, ſtygijsq. incurſibus obſtẽt.
Tempus adeſt Pater ò, quo clarificanda vidẽtur
No-

Nomina noſtra tibi, vt rurſus clariſſima reddam
Ipſe tua in populis terrarum. Namq. dediſti
Poſſe alios vita mihimet donaſſe perenni.
Noſcatur pater in terris, noſcatur Ieſus:
Vita homini fuerit non deficientis in æuum
Temporis, & ſtabili quæ ſit ratione fruenda.
Munera compleui per te mihi ceſſa, tuumq.
Edocui terras, vt iuſtum eſt, nomen abundè:
Nunc ego qua fuerim noſcendus origine ſēper,
Monſtraui electis tua nomina, qui tua iuſſa
Seruauere pari ſtudio, factiq. fideles,
Vt dixi, ac volui, tuaq. vt mandata recepi:
Electos commendo tibi, curaſſe labora,
Vt feci, ſecum dum viuere contigit vnà.
Nunc cælum repeto, propter me mundus eoſdē
Ecce odiſſe poteſt nimiū, quòd noſtra ſequātur:
Horum vnus perijt, ſibi qui malè perditus eſſet;
Nolim ego de mundo ſuccidi funere lectos,
Tu cuſtos eſto, quos & virtute repleto.
Hos ego per terras mittam, velut ante parentē
Per te miſſus eram, nec ſolùm vota, preceſq.
Pro viuis dederim electis, ſed prorſus in æuum
Verba ſequuturis pro gentibus ipſe rogarim.
Hos ego perfectos cupiam, tandemq. beatas
Perduci in patrias, ac cæli ſede potiri.

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER DECIMVSNONVS.

DIſcipulis ſecũ aſſumptis traiecit Ieſus
Extremæ à Cœnæ Cedron ſermonibus amnem,
Gethſemaniq. adijt villas, vbi ſæpe ſolebat
Contemplaturus totas conſumere noctes:
Proditor & moris non inſcius extitit huius.
Hùc vbi peruenit, tres ſecum abſtraxit eorum,
Scilicet & Petrum, & Iacob, fratremq. Ioannem:
Mox ſeſe abripuit, quantum petra iacta feriret,
Exhortatus eos animo vigilare fideli,
Atque erumpentes imo de corde timores
Externi per ſigna oris, vultuſq. recludens.
Ergo Patrem alloquitur, nec iam ſudore vacabat
Sanguineo, vt toto manarent corpore guttæ:
Si fieri poſſit, precor ò Pater optime, cum ſit
Res tibi perfacilis, quicquid ſtat velle voluntas,
Eripe me lætho, totius & eripe læthi
Certus amaritie, quia nam peracerbius inſtat
Tempus, & hora mali, ſupremaq. meta laborũ:
Sed

Sed mea nequaquam fiat, quod vota repoſcunt,
Nec fuga quæratur, tua ſed præſcripta voluntas,
Vt placuit ſemper, dum vita ſuperfuit ante.
Ter potuit flexiſſe genu, Patriq. trementes,
Expoſuiſſe artus, ſenſusq. aperire fugaces:
Ter quoque conſilium contra rationis iniuit,
Vt Patri parere velit, mortemq. ſubire:
Inde ad Diſcipulos ſomno victore ſopitos
Cõmigrat vicibus totidem, quos vſque morãtes
Excitat, vt ſenſu vigilent, neque turpiter errẽt;
Armatumq. inibi Iudam docet eſſe propinquũ,
Quò male ſe perdat iuncto ſibi milite nequam.
Scilicet admonuit ſocios procedere cautè,
Ac cepiſſe virum, cui plures inter amicè
Oſcula defigat, vinctumq. arctare rudenti:
Quippe, ait, è manibus facilè velut vmbra, vaporq;
Proripuiſſe ſolet ſeſe, ac vitaſſe ſequentes.
Ergo accedenti Iudæ, iam iamq. tenenti
Obuius anteuolat: percontatusq. cohortes,
Quem tandem in mortem expoſcant, ſi Nazareth ortum
Ieſum: ego ſum Ieſus patria de Nazareth ortus,
Hoc vbi percepit ſenſu manus atra virorum,
Retrorſum abſceſſit, ceciditq. ſupina ſub auras.
Ergo vt nouiſſent omnes cauiſſe potentem
Funera ſe, mortemq. animo cepiſſe libenti,
Rurſus ait, coràm Ieſus, quem quæritis, adſum:
Tempus id eſt veſtrũ, vobis me ſponte trahendũ
Tradidero, quia ſic Supero ſtat velle parenti.
Sed memet tua Iuda per oſcula prodis amicum?
Hæc vbi dicta, furit miles, velut obijce torrens
Diſrupto in campis, ſiue vrſa, lupusve frementi
Ore tenens agnum, rabies quos vexat iniqua.

Inſontem exagitat Ieſum, vincitq. rudenti.
Interea gladio feriens Petrus amputat aurem
Pontificis famulo, fuerat qui nomine Malchus.
Increpat hunc Ieſus, clademq. per arma minatur
Conſimilem, ſæuis ſi non deſiſtat ab armis,
Sic, quianam Supero deceat parere parenti.
Mox aurem Malchi curat, corpusq. reciſum:
Diſcipuli fugiunt celeres terroribus acti.
Ecce miniſtrorum quidam tenuiſſe ſequentem
Diſcipulum fertur, qui ſyndona corpus amictus
Eſſet: at is celeri dimiſſa ſyndone greſſu
Proripuit ſeſe, manibusq. profugit iniquis,
Ieſus ait, vos in Templo cum ſæpe docerem,
Non auſi inieciſſe manus, neque perdere ferro:
Sed verò nunc tempus adeſt, quo veſtra libido,
Atque animi rabies latè exaturanda videtur.
Ducitur Annæas Ieſus deuinctus in ædes,
Quippe erat Anna ſocer Caiphæ, cui ſumma ſacrorum,
Et Caiphæ pariter genero commiſſa fuiſſet.
Is de doctrina perſcrutaturus Ieſum,
Incipit, auditum iam dudum ex tempore longo,
Te cum nonnullis conſpirauiſſe virorum,
Totam Iudaici populi ſubuertere gentem,
Doctrinæ curſu vario, ſenſuq. remoto
Communi, ac falſo: quæ coràm cuncta Senatu
Exponenda tibi ſacro, vt nunc denique rerum
Condignè fiat diſcuſſio plena tuarum.
Cui Ieſus, ſi fortè tuas peruenit ad aures,
Auditumq. fuit publicè me ſæpè loquutum,
Cùm teſtes habeas plures, quæſiſſe videris
Hoc ex me fruſtra, quia nam tibi copia rerum
Suppetit ex alijs, atque internoſcere verum.
Impius adſtabat coràm ductore ſatelles,

Hic

Hic alapa Ieſum cædit, dein increpat vltrò ,
Quid tua Principibus per verba audacius obſtas?
Nec tantum dignare virum repetita tueri
Verba ſuper rebus, quas tu docuiſſe fateris ?
Contra Ieſus ait,nunquam me,vt multa requiras
Argumenta feres teſtantia praua loquutum ,
Quod ſi tàm ſenſus,quàm verba fidelia ſunto,
Innocuum immeritò dextra quid cædis iniqua ,
Per contemptum animi ? quamuis mea damna minores
Inducant curas, quòd me tua crimina vexent .
Mente ferox Caiphæ tradendum deſtinat Anna.
Nox erat, & totum caligo obtexerat orbem :
Huc vbi delati conquiſiuiſſe laborant
Vndique,qui veri coram ſub nomine teſtis
Falſa ferant,Ieſuq. impugnent dicta frequentes .
Ecce autem inſurgunt bini contendere certi ,
Excidium Templi , quò magnificentius eſſet
Nullum aliud,triduo vt reparet , quondam eſſe minatum .
Sed tamen hæc longè fuerat ſententia diſcors :
Turba Sacerdotum latè conuenerat illùc .
Interea Petrus Ieſum de rure ſequutus ,
Longo interuallo quodam fautore virorum
Introgreſſus erat Caiphæ properantius ædes:
Hìc ſucceſſiuè ſtantem pro frigore ad ignem,
Intuiti Petrum quidam vexare parati
Inſiſtunt opponentes, tu quippe videris
Diſcipulus Ieſu iſtius:nam rure manentem
Vidimus hac ſecum nocte;& Galilæus habendus
Es certè,vt forma argueris per plurima vocum.
Ergo negat, ſe noſſe virum obteſtatus apertè ,
Cælumq. , ac terram, ignotum ſibi prorſus eundem .

Vix ea, poſtremò Diuina oracula iuxtà
Protulerat, Petrum ſubitò reſpexit Ieſus,
Galliq. admonitus cantu, quod dixerat idem
Sub cœnam Ieſus, peccatum agnouit iniquum:
Exijt ergo foras, ac fleuit amarius actus
Perfidiæ tantæ turpes, indignaq. forti
Verba viro, ſortemq. ſuam, pectusq. ſceleſtum.
Qui circa Ieſum aſtiterant turbare miniſtri,
Atque irridentes variè deludere certant:
Quis ſpuit in faciem, dextra quis percutit ora,
Velatis oculis Ieſu, palmaq. frequenti,
Atque ait, authorem Vates edicito cladis.
At Caiphas tandem cupidus per verba moratum
Tentauiſſe inibi Ieſum, quo perdere poſſet
Tutius, expoſcit, nùm ſe confirmet eundem,
Quem Deus antiquis Chriſtum promiſerat olim
Patribus, vt fieret quaſi propugnacula gentis,
Terrarum latè Dominum, populiq. parentem.
Dixerat: extemplò quærenti ſeria, Ieſus
Talia voce refert, Quamuis mea dicere verum
Cura ſit, vt quondam, mentes habuiſſe fideles
Non animus vobis, falſosq. repellere ſenſus:
Ipſe ego ſum Chriſtus promiſſus Patribus ante:
Argumenta rei geſta illuſtriſſima ſunto.
Idem ego rurſus in has olim remeauero terras
Iudex humani generis, ſors læta piorum,
Scrutator ſcelerum, caſtigatorq. malorum:
Numine progenitum verè me dixero, quòd ſim.
Re Caipha accepta latè reſcindit amictus,
En blaſphemus ait, ſe Numine prædicat ortum,
Non opus eſt alijs noſtram ad rem teſtibus vti:
Occidat, ac lætho crimen depurget iniquum.
Inde ergo arreptum Ieſum in prætoria ducunt,
Concilio penitus miſſo, ſiſtuntq. Pilato,
Qui

Digitized by Google

Qui Solymæ tunc Præſes erat pro gente Quiritum.
Hìc conſpiratis coniurauere ſceleſti
Secum animis, curare necem pro viribus atram
Pontifices, Scribæ, Phariſæaq. turba virorum,
Prætoremq. adeunt, ſed non prætoria tangunt:
Nè contra morem celebrandi fortè nefandos
Contingat fœdari animos ſub Paſchatis horam,
Vecordes animo in magnis, leuibusq. tenaces.
Ergo inſtant exire foras, audire vocantes,
Vt Ieſum accuſent, obiectaq. crimina pandant.
Tu Prætor ne crede viris, producere iniquis
Sperne reum factum, at charū quaſi dilige patrē:
Carpitur inuidia dictus ſacer iſte Senatus,
Inuidia proceres, accuſatorq. laborant:
Infelix trahitur, quò ſe ſua fata ferebant.
Ergo abit ad populum, terris lux alma micabat:
Incipiunt Gentis primores, Optime Præſes,
Nos populi cura, ac Regni diſcrimina cogunt
Has inferre preces, caſusq. venire ſub omnes:
Hunc ſeductorem, quem dicunt nomine Ieſum,
Ad te deuinctum perduximus: ipſe tributum
Cæſaribus dandum vetat, ac ſe fingere Regem
Audet, vt in populo tolerata incuria noſtro
Magnum iter ad labem referet, plenamq. ruinā.
Nos ergo, poſthac ne ſerperet impius error,
Auctaq. pœna mali tanti, curauimus vltrò
Proſpicere, vt laqueo inſereret ſua corpora noſtro.
Haud dubiè reus eſt moreis, tua cognita factis
Gloria iuſtitiæ pro re confidere iuſſit,
Ac ſperare ſcelus radicitus extirpandum.
His ergo auditis incertus mente Pilatus
Perſcrutaturus cauſſam ſe retulit intro,

Ac

Ac Ieſum expoſcit, num ſeſe crederet eſſe
Iudæi Regem populi. cui dicit, habendus
Ipſe ego Rex fuerim, quod ſim, natusq. viciſſim
Vt regnem, quamuis mea non terrena propago,
Nec Regnum è terris: nam ſi ſit tale, miniſtri
Pro me depugnent certi defendere Regem:
Vera fero, ac veri mea Regna celebria ſunto.
Is redit ad populum, nec ſe quid morte ſeuera
Inueniſſe docet dignum, quò poſſit acerbè
Damnare, ac ſæui deperdere funere læthi,
Scilicet acceptis extra ſermonibus iſtis
Inualuere animis, accuſatorq. ſceleſtus,
Ac nequam populus poſcens in funera Ieſum,
Quippe ait è patria Galilæa hucuſque peragrãs,
Seduxit latè gentes, vrbesq. propinquas.
Ille vbi percepit Galilææ è ſedibus ortum,
Miſit ad Herodem Ieſum, qui fortè ſub illo
Tempore erat Solymæ. nam de ditione ſuperbi
Nazareth Herodis Galilæa fuiſſe refertur.
Vt dudum Herodes cupijſſet cernere Ieſum,
Vtq. laboraſſet verba extorquere petendo,
Non tamen obtinuit, fuerat quia vana ſequutus.
Ergo per veſtem contempſit acerbius albam,
Vt ſæpè inſanæ mos eſt illudere menti:
Scilicet hos potuit clarè monſtrare per actus
Quantum diſtaret ſenſu prudente virorum,
Cùm latè fuerit ſapientia ſpreta per ipſum.
Hos per circuitus ſuccedere contigit olim,
Vt facti fuerint inter ſe protinus ambo
Tetrarcha Herodes, Præſesq. Pilatus amici.
Heu cæcæ Solymæ gentes, ac cæca Senatus
Pectora Pontificum, quem cernitis vrbe vagantẽ
Per deriſum hominum, & palmas poſt terga reminctum,

Is

Is certè eſt Chriſtus, quem Numine poſcitis omnes
Vocibus aſſiduis, indefeſſoq. labore,
Sinceris animis, ac puro corde colendus.
Quanti emiſſe velint Ieſum vidiſſe parentes,
Et quanti voces emerent audiſſe loquentis;
Perdere ſi gentes cupiant, opponite morti
Colla alacres, vita quo ſoſpite currat Ieſus.
Ducitur ergo iterum coram Prætore Pilato,
Pro nece crudeli gentis primoribus ijſdem,
Ac plebe ingrata clamore inſtante frequenti.
Proditor interea cum perſenſiſſet Ieſum
Damnatum in ſæuam ſacrorum à Principe mortem,
Rettulit argentum, quòd præmia ſanguinis eſſent,
Mæſtitiam iniuſta pro traditione reportans.
Contempſit Princeps hominem, argentumq. relatum:
Iuda ſed in ſacra proiecit ſede receptum,
Mox laqueo infelix ſeſe ſuſpendit acerbo:
Qui male diſruptus diffuſa eſt viſcera paſſus,
Emptis argento propter peregrina ſepulchris
Corpora, Pontificum ſic decernente Senatu.
Prætor at interea incaſſum curaſſe rependens,
Iudicij ab ſeſe iſtius diuellere cauſſam,
Conſilium aſſumit longè prudentius: ergo
Proponit Ieſu pro libertate tuendum
Iudæis iſthæc per tempora Paſchatis vſum:
Mos, ait, eſt aliquem vobis donaſſe reorum,
Si placet, hũc animus meus eſt dimittere Ieſum.
Proclamat populus, nobis dimitte Barabbam.
Et factum eſt iuſto damnato in funera Ieſu,
Iam prius à reditu cum turba ingrata frequentes

Obij-

Obijceret mortis cauſſas, Prætore Pilato
Defenſam à Ieſu rerum poſcente ſuarum:
Reſponſaré negat Ieſus, ſatis eſſe, ſuperq.
Pro cauſſa reputans, quæ dixerat ante roganti.
Prætor at in cauſa longè vehementius inſtat,
Admirans animis firmata ſilentia Ieſu:
Mox ait, ignoras tibi me poſſe eſſe ſaluti,
Ac pariter damno, dominum vitæq., neciſq.?
Ieſus ad hæc, eſſet prorſus tua nulla poteſtas,
Si Deus ex alto non conceſſiſſet Olympo:
Sed mage damnandus qui me tibi tradidit, eſto.
Coniugis interea Prætor ſermone monetur,
Iudicium caueat contra tentare nefandum:
Id, quia propterea quamplurima paſſa fuiſſet.
Ergo laborabat Prætor dimittere Ieſum,
Sed magis in mortem inſtabant depoſcere iuſtū
Pontifices, ac turba ſimul, peregrinus & omnis,
Paſchatis ex cauſſa qui confluxiſſet in vrbem.
Ergo verberibus cædit, diademate plectit
Compoſito è ſpinis Ieſum; mox additur vni
Purpura in opprobrium prætenſa ob crimina Regni,
Inde ſatellitibus curuato poplite nequam.
Sæpius irriſus Rex acclamatur Iudæ;
Tùm veluti ſceptro firmatur arundine dextra,
Percutiturq. caput, ſputo fœdantur & ora.
Hoc ita deluſo rabiem expleuiſſe nefandam
Sperat adhuc ſe poſſe, hominum inuidiamq. malorum.
Ergo foras Ieſum educit, ſontemq. putatum
Prædicat innocuum, libertatemq. daturum
Declararat ſeſe, cum caſtigaſſet abundè:
Nanque ait Herodes niſi cognouiſſet apertè
Inſontem, viuum non dimiſiſſet eundem,
Num

Num crucis affigam ligno, qui veſter habendus
Rex foret? vt cogar ſanctum effudiſſe cruorem?
Ecce autem inſurgunt Iudæi ardentius atram
Poſcentes Ieſum in mortem clamore frequenti,
Ac magno latè fremitu prætoria complent:
Ecce aiunt obſtat, qui ſe Regem eſſe fatetur,
Cæſaribus Ducibus: nec tu dicére miniſter
Cæſaris, aduerſos ſi non extinxeris hoſtes.
Cæſaribus nobis animus ſeruire per æuum,
Nos pœna, & noſtros fundendi ſanguinis huius
Si qua ferenda tamen, maneat cōdigna nepotes.
Hos obdurata cum mente obſtare Pilatus
Cerneret, atque ſuo ne quis fortaſſe putaret
Damnatum ſenſu Ieſum, ſeſe abluit vnda;
Atque ait, vt damnem, quia ſic depoſcitis omnes,
Non tamen id iuſtè fieri, meritoq. putandum,
Duritiam cordis cum ſit ſpectare neceſſe.
His dictis Ieſum turbis conceſſit iniquis,
Impiè, ac indignæ obiecit per vulnera morti.
Illicò diſpoſitus circa qui fortè ſatelles
Veſtibus abſtractis, paulò quas ante dediſſet
Opprobrij cauſa, primas retuliſſe laborat.
Ecce trahebatur ſibi Golgotha verſus Ieſus
Impoſitum lignum Crucis, ac ſua funera portās,
Dum pergunt celeres, dum feſtinantius vrgent,
Quendam inuenerunt redeuntem rure Simonē:
Iſte Cyrenenſes ortus referebat in vrbes.
Deportanda viro crux traditur ardua Ieſu,
Fondere liber erat, quamuis vexatus abundè.
Ergo ſollicitè Ieſus quæ digna monendi
Tempus adeſſe ratus, ſe conſectantibus Vltrò
Cum fletu, ac lachrymis, propter mea damna doletis,
Inquit, cum veſtras magnis vlulatibus eſſet,

Et

Digitized by Google

Et doluiſſe vices, ac damna horrere neceſse:
Ecce dies aderunt, quibus infelicia dici
Vbera lactentum poſſint, fœcundus & aluus:
Arbore adhuc viridi, ſi geſta hæc arida ſunto,
Poſtea quid fiet ſiccis radicibus ipſis?
His tenuit cæptum dictis ad Golgotha curſum.
Ventum erat ad mōtis, quò perrexere cacumen:
Hìc vbi mirrhatum ſibi dante ſatellite vinum
Nequaquam ardorem ſitis extinxiſse laborat.
Tollitur heu miſerè ferro traiectus acuto.
Contigerat ſecum binos pendere latrones:
Ieſus erat medius latus inter vtrunque nocentū.
Horum alter blaſphæmus erat, nec mente fidelis,
Iuſtior alter erat, quamuis latro ante fuiſset.
Ergo illo verbis Ieſum tentante viciſſim,
Hic potius celebrat: ſed poſt conuicia Ieſum,
Ac ſe commendat Ieſu, mox audit eundem
Crimine ſoluentem, ac Regni diadema parantē.
Interea iuſſi qui cuſtodire miniſtri
Diuiſere ſibi veſtes, tunicamq. retextam,
Quattuor inter ſe ſortiti inſuta quod eſset.
Funeris in trunco cauſas deſcripſerat alto
Hebraicis, Græcisq. notis, pariterq. Latinis
Prætor in hos ſenſus, ac verba hæc ipſa ſonātes,
Rex Iudæorum Ieſus de Nazareth ortus.
Viderat hunc titulum primorū in monte virorū,
Turba frequens, Prætorem adijt, depoſcit eundē
Mutari, vt dicat, ſe talia ſæpe profeſsum:
Ille ſubit, placitum non eſt mutaſse voluntas.
Hùc præteruecti ſecus illuſiſse ſtudebant
Complures alij, deteſtariq frequentant:
Multos incolumes, aiunt, effecerat ante,
Nō potis eſt prodeſse ſibi, neque vincere mortē:
Vaſtandum hic triduo per ſe reparabile Templū
Spe-

Sperauit, Supero iactans ſe Numine natum:
De cruce ſit ſoſpes, latè credemus eidem.
Pontifices eadem pariter firmare laborant.
Ecce autem medio, cum Sol altiſſimus orbe,
Totum diffuſæ cælum, mirabile dictu,
A Sexta ad Nonam denſæ texere tenebræ:
Mater erat Ieſu curſum comitata ſupremum,
Et Matris ſoror, ac Cleophę Maria altera, & vnà
Magdala, quę dicta eſt, Zebedæi prouida coniux,
Exceptis alijs; & quem dilexit Ieſus
Diſcipulum vidit, matrem quoque viderat illic
Adſtantes, mæſtosq. Crucis propiora tenentes.
Matrem ergo alloquitur, Mulier tibi filius eſto
Is iuuenis: Iuueni tùm contra dicit Ieſus,
Hæc tua mater erit, quaſi matri defer honorem.
Sic placuit, pariterq. ex illo tempore factũ eſt.
In Crucis affigi dum ligno contigit alto,
Attollens in cælum oculos, ſic ore loquutus,
Tu Pater ignoſcas, quia non cognoſcitur error.
In Crucis excelſo dum ſtipite pendet Ieſus,
Vexari verè vt noſſes ſua membra dolorem:
Sic ait, vt quid enim Deus ò Pater optime memet
Deſeruiſſe potes, neque ſuccurriſſe laboras?
Voce ſonans Eloi: quò circa illudere miles,
Ac ſi ſubſidium præſtolaretur ab Elia.
Dixerat is, Sitio, miles deſumpſit acetum,
Oblata eſt ſugenda in arundine ſpongia longa,
Non tamen epotat, quamuis guſtauerit actu.
Completum eſt, inquit, poſt talia plurima Ieſus,
Tum moriturus ait magno clamore ſequutus,
O mea ſpes genitor, rerum ſuprema poteſtas,
Sancte Gubernator, tibi ſpiritus arduus adſit,
Te curare velim, commendatusq. recedat
Cor-

Corpore, non alij, abſtractam tu ſuſcipe mentē.
His dictis caput inclinat: volat illicò ab ore
Spiritus, abſciſſo ſacri velamine Templi,
Diſruptisq. petris, mota & tellure deorſum:
Quin etiam tumulata prius ſurgentia tandem
Corpora Sanctorum Solymā petiere propinquā,
Surgentem è multis Ieſum comitata ſepulchris,
Namque ibi poſt tempus ſeſe obiecere videnda.
Hos vbi cum ſocijs vidit Centurio motus,
Laudauere Deum, veraciq. ore profati,
Perculſiq. metu, ac rerum grauitate nouarum:
Hic certè, inquit, erat dicendus Numine natus.
Ergo retro ceſſere gradu, Solymamq. reuerſi
Mæſti animo, ac manibus percuſſi pectora plangunt.
Cœtus fæmineus Galilæa è ſede ſequutus
De rebus proprijs, proprijs opibusq. miniſtrās,
Ieſu defuncto Solymam remeaſſe refertur.
In Cruce fixorum, ne membra inhumata iacerēt,
Paſchate ſub magno, cuius celebranda ſequenti
Feſta die fuerant, Iudæi adiere Pilatum,
Auferri crucibus pendentia membra iuberet.
Emiſſus fregit latronum crura ſatelles:
At vita functum quia nam cognouit Ieſum,
Pectora crudeli terebrauit acumine ferro,
Mixtus aquæ ſanguis terebrato è pectore fluxit.
Ex Arimathæa ſero ſub veſpere Ioſeph
Diſcipulus Ieſu venit ditiſſimus agri,
Diſcipulus verò occultus, non actibus idem
Pontificum, aut populi Iudæ conſenſit iniquis,
Mortua qui Ieſu cum Præſide membra petiſſet,
At Præſes noſſet iam membra emortua Ieſu
Conceſſit Ioſeph, cum quo Nicodemus eundem
In montem acceſſit Mirrhæq., Aloesq. ferentes
Ad

Ad libras centum mercati ſyndona mundam,
Depoſuere Crucis ligno demortua Ieſu
Corpora, & adiunctis Mirrhaq , Aloeq. ligarũt
Sindone cum dicta, tandemq. dedere ſepulchris
In petra exciſis, vbi conditus ante fuiſſet
Nemo; crucis quæ iuncta loco, ſaxumq. per ingens
Impoſuere ori, quibus exiſtebat in hortis.
Pontifices rurſus Prætorem adiere Pilatum,
Et cuſtodiri Ieſu monumenta repoſcunt.
Quippe, aiunt, certis quondam ſæpiſſimè verbis
Terna iactauit ſe velle reſurgere luce.
Ille ſubit, vobis per me curaſſe licebit.
Digreſſi venere locum ſcelerata propago
Conſilijs hominum confiſi obſiſtere Ieſu.
Ergo obſignantes lapidem, armatoq. viciſſim
Cuſtode appoſito communiuere ſepulchrum.

S A-

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VIGESIMVS.

VEſpere tranſacto, qui Sabbatha magna ſequutus,
Atque nouo pariter colluceſcente dierum,
Magdala cum ſocia veniunt vidiſſe ſepulchrum:
Iamq. prius conſtanter aromata multa pararant.
Ecce autem vt viſæ propiora tenere locorum
Inter ſe latè conquiſiuere loquentes,
Qua ſaxum impoſitum poſſet ratione moueri.
Interea cælo miſſus delabitur Ales:
Hinc imo diſrupta fuit, concuſſaq. tellus.
Alitis aſpectus, quaſi fulgura ſplenduit ardens,
Candida veſtis erat: perculſi corda miniſtri
Exanimis cecidere inſtar, mox oppida greſſu
Turbati remeant rerum terrore nouarum.
Hìc vbi Pontificum ſtultè mercede recepta,
Actiuaſi verbis, ſe dormitantibus vltrò,
Corpora diſcipulos furatos eſſe ferebant.
Hæc reprobi peragunt: ſed nuncius indicat Ales
Mulieribus Ieſum non tali è ſede petendum,
Quip-

Quippe triũphator mortis, ſua mẽbra reſumpſit,
Non morti, aut duro ſubiecta futura labori,
Sed vacua curis manſura perennia vita.
Non metuiſſe decet: prædixerat iſtud Ieſus:
Hæ ſedes fuerant, atque hæc monumenta ſepulti;
Diſcipulis eadem ſunt hæc referenda vocatis,
In Galilææ oris ſeſe offeret ipſe videndum.
Illæ abeunt celeres per gaudia mixta timori.
Magdala diſcipulis Petro, pariterq. Ioanni
Nunciat incolumem rurſus ceſſiſſe recepto
Corpore de tumulis Ieſum, & vitalibus auris
Depaſci, ac ſenſu deuicta morte potitum.
Curſibus arreptis monumenta reuiſere Ieſu
Extemplo certant: introgreſſiq. viciſſim
Lintea ſepoſita, & vacuum reperere ſepulchrum.
Ergo mirati ſucceſſus inde recedunt.
Magdala deſumptis ſecum ſociabus eodem
Venerat, ac tumuli plorans obſederat ora;
Mox ſeſe inclinat, cupidisq. inſpectat ocellis.
Ecce autem viſi quaſi conſediſſe ſepulchro
Alituum bini, quorum alter ſumma tenebat,
Alter at ima loci; ſimul & dixere querenti,
Quid ploras mulier? lachrymis ſuccũbere ceſſa,
Ac fletu deſiſte tuo. quì fletibus obſtem?
Inquit, quæ Ieſum haud poſſim reperiſſe ſepultũ?
His dictis conuerſa retrò eſt, Ieſumq. repente
Aſtantem vidit, quamuis neque nouit Ieſum,
Villicus hortorum eſt habitus: cui dixit Ieſus,
Quid mulier queris? quid ploras? Magdala contra,
Vir bone me quæſo edoceas, vbi mẽbra locaris,
Vt poſſim amouiſſe loco, ſi conſcius eſto.
Ieſus ait, Maria. at Ieſum Maria ipſa magiſtrum
Agnoſcit memorans vultu conuerſa ſereno,
Ac-

Accurritq. ſuam contrectatura ſalutem:
Quippe ſuo ſeptem fuerant de corpore quondā
Spirituum nequam Ieſu virtute repulſi.
Rurſus Ieſus ait, non attrectaſſe licebit,
Donec ad æthereas victor conſcendero ſedes:
Diſcipulos repetiſſe iuuet, quos inſtrue dicens,
Aſtra petet Dominus, terras ac deſeret imas.
Illa volat; ſua iuſſa facit, remq. ordine pandit,
Dumq. refert, ſecumq. aliæ, non credita verax:
Namq. aliæ ad tumulum pariter videre volantū
Alituum binos; ac ſecum denuo iunctæ
Pro reditu ſociæ Ieſum ſenſere loquutum
In curſu, ac placida repetentem voce ſalutem,
Hortantemq. omnes Galilææ accedere in oras,
Vt videant rurſus ſe ſydera conſcendentem.
Bini è diſcipulis luce arripuere ſub ipſa
Emmaum verſus iter, Solyma quæ paſſibus vrbe
Oppida diſtarent nouies quaſi mille receſſu.
Dum caſus Ieſu ſecum ſermone volutant,
Ieſus adeſt medius, veluti peregrinus eiſdem,
Atque ait, vt video, triſtis vos cura remordet,
Ac pariter duros agitatis mente dolores:
Quid prohibet vobis non currere læta dierum
Tempora? geſtari vultus neque poſſe ſerenos?
Illi ſubijciunt, latè nos anxia Ieſu
Cura trahit, vexatq. animum: quippe ille diebus
Iam prope præteritis fraude interceptus iniqua,
Pontificumq. odijs crudelia funera paſſus,
Spe vana illuſi fuimus, ſe Regna parantem
Credidimus; noſtrasq. Tribus de gentibus vnam
Rapturum in ſedem libertatemq. daturum
Seruitio reparans acri, velut ante fuiſſe
Dicitur his terris, dum Regna ſtetere Dauidis.
Excipit hos Ieſus duris ſermonibus vſus,

At-

Atque ait, ò ſtultos, nec ſano corde fideles:
An non de Chriſto, quæ prædixere prophetæ,
Conſona ſunt factis, quæ Ieſus pertulit idem?
Is, de quo ſermo vobis nunc eſſe videtur?
Expreſſitq. notas rerum, quæ talia monſtrent,
A Moyſe ad reliquos Vatum primordia ducẽs.
Jamq. propinquarant Emmau, cum finxit Ieſus
Velle abijſſe procul: comites retinere laborant:
Indulget votis tandem. dum contigit ergo
Accubuiſſe epulis certa ſub ſede paratis,
Vt ſibi mos fuerat, Ieſus benedicere menſæ
Cæpit, & oppoſitis dediſſe ſodalibus eſcas:
Agnitus ex actu eſt, oculisq. repente refugit.
Illi inter ſeſe verbis repetiſſe priores
Inſtant ſucceſſus, ac mente reuoluere motus
Ardentes animi, quos effeciſſet Ieſus.
Mox remeant Solymam, ſociosq. reuiſere curant,
Vt caſus hilares memorent, remq. ordine pandant.
Occurrére illic lecti ſuadere parati,
Quod vellent ijdem fratres docuiſſe repertos,
Ieſum affirmantes Petro viſum eſſe Simoni.
Ergo viri reditus cauſſam expoſuere recentes,
Congreſſusq. nouos Ieſu memoraſſe frequentãt.
Hæc ita dum tractant, Ieſus rurſum aſtuit ijſdẽ:
Felices eſtote animis, pax inclyta vobis:
Ipſe ego ſum, memorat. viſo timuere viciſſim
Ieſu Diſcipuli, viſum phantaſma putantes.
Ille ſubit, veſtro de pectore terror abeſto,
Spiritus eſt expers carnis, caret oſſibus idem:
Horum vtrumque mihi eſt. quo dicto inſufflat in ora,
Atque ait, vt Genitor cælo me miſit ab alto.

Digitized by Google

Sic ego vos mitto terras docuiſſe per omnes.
Accipite ergo animis Paracleti pignora veſtris:
Si cui ſoluetis noxarum vincula, ſoluam;
Si cui nectetis pariter ſua vincula, nectam.
Mox vt perfecto perſtarent corde fideles,
Aſpicienda ſibi latè ſua vulnera ceſſit,
Et loca clauorum. ſed non credentibus ipſis
Addidit, eſcarum hic aliquid, ſeu mellis, & aſſi
Piſcis deferte, vt comedam. delata comedit,
Ac ſibi delatæ quodcumque ſuperfuit eſcæ,
Reddidit aſſumens in verba recentia vocem:
Sic, inquit, quondam dixi, ac me ferre labores
Condecuit tales, ſatis vt feciſſe figuris
Poſſem, & pſalmorum recitata explere libellis.
Ergo quos caperent ſenſus, reſeraſſe laborat
De Chriſto, ac lætho, quod præceſſiſſet iniquo,
Tergendasq. ſuo noxarum in ſanguine ſordes.
Gentibusq. edoctis latè, Solymamq. parentem
Sacrorum exponit prius hæc in ſacra vocandã,
Spiritus in veſtros vbi ſeſe infuderit artus.
Non illic Thomas fuerat, cùm venit Ieſus:
Poſtquam ergo redijt Ieſu abſcedente, viciſſim
I docuere alij fratres hæc omnia Thomam:
Ille ſed, Incertos ego ſemper dixero vitæ
Ieſu ſucceſſus, donec mihi detur in ipſo
Contrectaſſe meis manibus defoſſa locorum.
Ergo domum Ieſus poſt iſta diebus eandem
Octo petit, tenui cum corpore clauſa timentũ,
Oſtia traijciens, Thomamq. appellat, & vltrò
Inuitat, manibus quò ſe contrectet iniquis:
Ipſe vbi deſumptæ rurſus miracula vitæ
Vera videt, tali ſic voce affatur Ieſum:
Tu Deus, ac Dominus ſcelerum miſerere meorũ.
Ieſus ait, credis, manibus quia vulnera tractas,
Fe-

Felices potius,qui non videre fideles.
Ad Tyberiadis rurſus ſeſe obtulit vndas:
Quippe ibi, dum ſeptem piſcari contingit vnà
Diſcipulos, Petrum, Thomam, Iacobq., Ioannem,
Nathanaelq., aliosq. duos, in litore Ieſus
Aſtitit, ijs terra propius cum naue remotis.
Mane erat, ac tota vigiles, fruſtraq. morantes
Tentauere pari ſtudio ſub nocte laborem:
Non fuerat Ieſus piſcantum cognitus vlli,
Diſcipulos monuit,ſub dextram expandere rete.
Auſcultaſſe iuuat, confertum piſcibus olim
Extraxere mari rete,admirantibus ijſdem.
Annuit ergo Petro, Ieſumq. hunc eſſe Ioannes
Explicat: at Petrus ſeſe proiecit in vndas,
Et natat ad Ieſum,mox acceſſere ſodales
Piſcibus immenſis completum rete trahentes:
Hìc vbi panis erat, prunæ, piſcisq. repertus
Impoſitus prunis, iuſſuq. feruntur Ieſu,
Ex alijs aliquot ſecum veſcentibus ipſis.
Ex Petro Ieſus ter percontatur ab eſcis,
Ac potu ſumpto, nùm ſeſe diligat actu
Plus reliquis? Petrus affirmat: vice qualibet agnos
Contrà paſce meos,ait, & commendat eidem
Ieſus oues vice poſtrema: queis vocibus omnis
Paſtorem Eccleſiæ placuit firmaſſe ſupremum,
Vt repetito etiam toties triſtatus amoris
Sit Petrus verbo, credi cum vellet amare:
Sed verò decuit,quando ipſe ter ante negarat,
Oppoſito reparans dicti ſcelus omne prioris.
Ecce autem Petro, me Petre ſequare neceſſe eſt,
Ieſus ait: neque enim vt quondam effeciſſe licebit,

Quod tua libertas perſuaſerit eſſe petendum :
Aſt alij ſubiectus eris, durumq. ſubibis
Imperium alterius, qui te, ac tua brachia tollat
In Crucis extendens ligno. Petrus ergo Ioannem
Ieſu dilectum contemplans ponè ſequentem ,
Expoſcit, tandem maneat quæ meta laborum .
Cui Ieſus reſponſa refert, tua cura magiſtrum
Petre ſequi, non huius erit cognoſcere metas;
Cum finis rerum, tunc vita negabitur, eſto,
Vt membra in melius reparem rediturus in orbē.
Vndeni iuſſu Ieſu remeaſſe laborant
Cum multis alijs Galilææ in culmina montis ,
Culmina diſcipulis quæ commoſtrarat Ieſus .
Ergo vbi diuerſa ſeſe ratione videndum
Obtulit, vt ceſſent animi dubitaſſe piorum ,
Tandem extra educit ſecus oppida dicta Bethanin ,
Montis Olіueti, quò conueniſſe placebat .
Complures fratrum admoniti tenuere cacumen.
Hinc aſtra, hinc cælum fuit aſcenſurus Ieſus :
Hortatur Solyma non abſceſſiſſe, prius quàm
Spiritus adueniat confirmaturus eoſdem ,
Sed præſtolari Superi promiſſa parentis .
Ecce ijdem cupidi rerum quæſiſſe laborant
Tēpora, queis Diuū inciperet clareſcere Regnū,
Et queis ſeruitio reparet lata oppida Iudæ .
Ieſus ad iſta ſubit, Nunc talia poſcere vanum:
Hæc linquenda Patri cura eſt: vos lecta virorum
Corpora, terrarum tractus eſtote per omnes
Conteſtes operum mihi, ſermonumq. meorum.
His dictis ſublimis abit cernentibus ijſdem ,
Qualis ſæpe ſolet tenuis vapor aere ferri .
Sublatum terris nubes rapit: inde miniſtri
Bini ex Alitibus coram acceſſere virorum

Ex

:x noſtris ſimiles, quibus albus ineſſet amictus.
Ii fari incipiunt, Veſtros Galilæa propago
)uis tenet intentos oculos cæleſtibus ardor?
Hic, quem vidiſtis Ieſum conſcendere cælum,
ic olim redeat, ſicut vidiſtis euntem.
:cce autem Solymam remeant prima oppida
Gentis
)iſcipuli, notaſq. domos: vbi vota parenti
:ffundunt Supero, promiſſoremq. fatigant
Noctes, atque dies precibus, demittat Olympo,
Quem nimiũ optarẽt Paracletũ in corda piorũ.
:œmineus pariter cum Virgine cœtus Ieſu
Matre locum ſubijt, præſtolaturq. parandam
Virtutem infirmis, ac iuncto pectore poſcit.
nterea Petrus diuino Numine motus,
Ac fratrum è medio aſſurgens his vocibus inſit:
roditor infelix precio deceptus iniquo,
c vice mutata gradibus deiectus opimis,
am male deperijt ſæuo cacodæmonis aſtu.
Nos cura incumbit quem ſuffeciſſe miniſtrum
anti operis, quò compleri prædictio poſſit
1 pſalmis quondam clarè præmiſſa Dauidis.
rgo de ſocijs primo à Baptiſmate cœpto
)iſcipulus Ioſeph dictus cognomine Iuſtus,
Matthiaſq. eligitur, latè pendentibus inter
Hæc ſociorum animis: tùm miſſa ſorte vocatur
Matthia Apoſtolicũ in cœtũ, expoſcẽtibus omni
x numero ſocijs ſummi decreta Parentis.
Quinquagenorum iam cœperat ire dierum
nnua ſacrorum, prætermiſſiq. labores
ıbſtiterant penitus, cùm Spiritus æthere Diuus
)iffluere vt ventus, ſonituq. per aëra ferri;
c latè obſtrepere auditus, capitiq. decorè
ıſediſſe faces viſæ, linguæq. rubentes,

Vir ſtetit incolumis per Chriſti nomina Ieſu:
Ergo Deum laudat, comitem ſe protinus addit,
Ingrediturq. ſacras ædes. plebs talia vidit,
Ac late obſtupuit geſta admiratus abundè:
Obſeſſoſq. in porticibus Salomonis adurget.
Petrus ait, veſtras quænam admiratio mentes
Detinet? aut noſtra quid creditis arte leuatum
Defectu claudum? qui nuper Ieſus iniquo
Affixus ligno eſt vobis inſtantibus vltro:
Hunc Pater omnipotens inſigni laude decorum
Efficit, atque huius per nomen vbiq. vocandum
Signa dat expreſſe, quò cognoſcatur aperte,
Eiuſdem curari animos virtute ſceleſtos.
Hunc Moyſes celebrat, præſtolandumq. recẽſet:
Mortem hunc in noſtram decuit proferre ſalutẽ;
Numen & hunc ipſum vitæ reuocauit in auras,
Altius extollens aſtris, cæloq. reducens.
Nos huiuſce rei teſtes, alijq. frequentes
Adſumus, id certi totum docuiſſe per orbem.
Ergo vos tanti ſceleris, noxæq. nefandæ
Pœniteat, cæli vt liceat regione potiri.
Ecce Magiſtratus Templi, Solymæq. Sacerdos
Cum Sadducæis huc acceſſiſſe feruntur:
Interea, & captos ſub ferrea vincula ducunt.
Poſtera lux aderat, coram tranſlatus vterq. eſt,
Conciliumq. Annas vocat: hic expoſcit eoſdem,
Qua virtute animi, vel freti nominis vſu
Tanta ſuper claudo miracula facta fuiſſent.
Petrus ait, nihil inde timens, per nomina Ieſu,
Quem reprobauiſtis, nos ſigna peregimus iſthęc:
Hunc Ieſum omnipotẽs vitæ reuocauit in auras,
Cuius nos late teſtes ſumus. Ergo videntes
Concilij proceres nulla ratione negari
Poſſe opus oppoſitum, cum pręſens eſſet ibidem,
Qui

Qui ſeſe incolumem Ieſu virtute vocati
Diceret; enixe prohibent (res impia factu)
Ne quicquam omnino doceant in nomine Ieſu.
Diſcipuli contra, nos viſa, & vera fatentes
Teſtamur: ſatiuſq. Deo parere videtur,
Quàm dictis hominū proprio de corde loquētū.
Interea innocuos, neu quid peccaſſe repertos
Vocibus ac populi celebres, claroſq. per acta,
Dimiſere viri crudelia fata minantes,
Si Ieſum poſthac doceant, ac cepta ſequantur.
Sic ambo eiecti remeant in propria læti,
Dicta renarrantes procerū, ac dura acta virorū.
Diſcipuli contra vnanimes retulere ſupremo
Ingentes Domino grates, ac vota parenti
Effudere Deo, latas poſcentia vires,
Atque animos fortes cōtra impietatis alumnos,
Ecce autem poſthæc ſubito commota fuerunt
Fundamenta loci, perfuſaq. pectora Dius
Spiritus irrigat late, firmatq. ſuperno
Robore, vt audaci valeant ſermone fateri
Contemptum Ieſu ſacrorum à principe nomen.
Vnanimes manſere omnes; Ieſumq. receptum
In cælum monſtrat per ſigna probantia vitam
Cætus Apoſtolicus; Sadducæoſq. negantes
Communi hoc ſenſu magna virtute refellit.
Cyprius interea, qui dictus Barnaba Ioſeph,
Vendit agrum, preciumq. agri ſenioribus affert:
Non huic abſimiles auſi tentaſſe frequentes,
Impulſi ſuperùm affectu, ac pietate magiſtra,
Vir tamen Ananias, Sapphiraq. conſcia coniux
Fallere Apoſtolicum voluit per vendita cætum;
Quippe ſibi precij partem retinere receptam
Conatus, cecidit ſub funera mortis vterque,
Voce redargutus Petri, ac virtute loquentis.

Indignum exoſi munus, fraudemq. retectam:
Inde metus lectis, ac maximus ingruit horror.
Cœtus Apoſtolicus per ſigna frequentia firmat
Ignaram rerum gentem, populiq. fidelis
Multiplicat numerum turba plaudente virorũ.
Idem porticibus Templi Salomonis adhæret,
Nec verò audebant alij ſe iungere ſecum,
Tantus erat procerum terror diuerſa tuentum.
Ecce autem infirmi geſtantur corpore multi
Vndique, vt membra Petri ſaltem contingeret ægros,
Quippe leuabantur penitus languoribus omnes.
Sed verò inuidia, zeloq. accenſa nefando
Turba Sacerdotum, quorum eſſet opinio falſa,
Non fieri reditus animorum in corpora ſeros,
Iniecere manus, pariterq. in vincula ducunt.
Aliger è cœlo non paſſus probra ſuorum:
Ergo per noctem reſerat clauſa oſtia duri
Carceris, exhortans animo perſtare fideli,
Ac docuiſſe vias Ieſu: qui mane reuertunt
In Templa, vt doceant iuſſis parere parati.
Obſtupuere viri perculſi pectora motu:
Namque vbi delatũ eſt, & carcer clauſus abũdè,
Iuxtaq. appoſitus miles, cuſtoſq. repertus,
Mirati cauſſas, & ſacramenta fuerunt.
Tùm rurſus arripiũt greſſus, nec vincula tentãt,
Sed tamen in cœtus reuocant, ac talia iactant:
Iuſſimus, vt nemo veſtrum per nomina Ieſu,
Edoceat populum, quod vos ſeruaſſe ſuperbè
Temnitis, vt fuſi contra nos ſanguinis actus
Vertere contingat, malè prætenſoſq. reatus.
Cœtus Apoſtolicus tùm vocibus infit, & audet,
Non animus nobis homini parere petenti,
Si Deus impediat, diuinaq. gloria poſcat:
Quem

Quem vos in pœnas, mortemq. dediſtis Ieſum,
Hunc Deus in vitam depulſa morte redemit;
Nos & conteſtes vitæ coram adſumus huius.
Gamaliel hos inter erat Phariſæus honeſtus,
Hic ſacrum in partes iuſſit ſecedere cœtum:
Mox ait, exemplis fas eſt decernere cauſſam,
Multos ante annos Theodas iactauit abundè
Seſe aliquē, ac perijt miſerè, quia falſa profeſſus.
Succeſſit quidam pariter Galilæus Iudas,
Qui multos hominum abſtraxit poſt tempora ſecum,
Ac tandem infelix cum ſectatoribus hæſit,
Vt caderet, caſuq. auſus oſtendit inanes.
Sic genus hoc hominum cōtemni poſſe videtur,
Vt citò deficiat, ſi non ex Numine ſurgat:
Si Numen curet, ſi ſtet firmaſſe voluntas,
Conſilium imprudens fuerit contendere contrà.
Sic Iudæorum obtinuit diſſoluere lectum
Concilium in Sanctos, cæſoſq. ſubinde minaci
Dimiſere ſono, Ieſu abſtinuiſſe iubentes
Nomine, vt oppreſſam referant per ſymbola flā-mam.
Cœtus Apoſtolicus ſeſe pro nomine Ieſu
Iniuſtè affectum crudeli verbere lætus
In proprias remeat ſedes, pariterq. docere
Pergit vbique hominū conſtanti pectore Ieſum.

Accurritq. ſuam contrectatura ſalutem:
Quippe ſuo ſeptem fuerant de corpore quondã
Spirituum nequam Ieſu virtute repulſi.
Rurſus Ieſus ait, non attrectaſſe licebit,
Donec ad æthereas victor conſcendero ſedes:
Diſcipulos repetiſſe iuuet, quos inſtrue dicens,
Aſtra petet Dominus, terras ac deſeret imas.
Illa volat; ſua iuſſa facit, remq. ordine pandit,
Dumq. refert, ſecumq. aliæ, non credita verax:
Namq. aliæ ad tumulum pariter videre volantũ
Alituum binos; ac ſecum denuo iunctæ
Pro reditu ſociæ Ieſum ſenſere loquutum
In curſu, ac placida repetentem voce ſalutem,
Hortantemq. omnes Galilææ accedere in oras,
Vt videant rurſus ſe ſydera conſcendentem.
Bini è diſcipulis luce arripuere ſub ipſa
Emmaum verſus iter, Solyma quæ paſſibus vrbe
Oppida diſtarent nouies quaſi mille receſſu.
Dum caſus Ieſu ſecum ſermone volutant,
Ieſus adeſt medius, veluti peregrinus eiſdem,
Atque ait, vt video, triſtis vos cura remordet,
Ac pariter duros agitatis mente dolores:
Quid prohibet vobis non currere læta dierum
Tempora? geſtari vultus neque poſſe ſerenos?
Illi ſubijciunt, latè nos anxia Ieſu
Cura trahit, vexatq. animum: quippe ille diebus
Iam prope præteritis fraude interceptus iniqua,
Pontificumq. odijs crudelia funera paſſus,
Spe vana illuſi fuimus, ſe Regna parantem
Credidimus; noſtrasq. Tribus de gentibus vnam
Rapturum in ſedem libertatemq. daturum
Seruitio reparans acri, velut ante fuiſſe
Dicitur his terris, dum Regna ſtetere Dauidis.
Excipit hos Ieſus duris ſermonibus vſus,

At-

\tque ait, ò ſtultos, nec ſano corde fideles :
\n non de Chriſto , quæ prædixere prophetæ ,
Conſona ſunt factis, quæ Ieſus pertulit idem ?
s, de quo ſermo vobis nunc eſſe videtur ?
Expreſſitq. notas rerum, quæ talia monſtrent ,
\ Moyſe ad reliquos Vatum primordia ducēs .
amq. propinquarant Emmau,cum finxit Ieſus
Velle abijſſe procul: comites retinere laborant :
ndulget votis tandem . dum contigit ergo
\ccubuiſſe epulis certa ſub ſede paratis ,
Vt ſibi mos fuerat, Ieſus benedicere menſæ
Cæpit, & oppoſitis dediſſe ſodalibus eſcas :
\gnitus ex actu eſt, oculisq. repente refugit.
Illi inter ſeſe verbis repetiſſe priores
nſtant ſucceſſus, ac mente reuoluere motus
\rdentes animi, quos effeciſſet Ieſus .
Mox remeant Solymam , ſociosq. reuiſere cu-
rant ,
Vt caſus hilares memorent , remq. ordine pan-
dant .
Occurrére illic lecti ſuadere parati ,
Quod vellent ijdem fratres docuiſſe repertos ,
eſum affirmantes Petro viſum eſſe Simoni .
Ergo viri reditus cauſſam expoſuere recentes,
Congreſſusq. nouos Ieſu memoraſſe frequentāt.
Hæc ita dum tractant, Ieſus rurſum aſtuit ijſdē :
elices eſtote animis,pax inclyta vobis :
pſe ego ſum,memorat.viſo timuere viciſſim
eſu Diſcipuli, viſum phantaſma putantes .
lle ſubit, veſtro de pectore terror abeſto.
piritus eſt expers carnis,caret oſſibus idem:
Horum vtrumque mihi eſt. quo dicto inſufflat
in ora ,
\tque ait, vt Genitor cælo me miſit ab alto .

M Sic

Sic ego vos mitto terras docuiſſe per omnes.
Accipite ergo animis Paracleti pignora veſtris:
Si cui ſoluetis noxarum vincula, ſoluam;
Si cui nectetis pariter ſua vincula, nectam.
Mox vt perfecto perſtarent corde fideles,
Aſpicienda ſibi latè ſua vulnera ceſſit,
Et loca clauorum. ſed non credentibus ipſis
Addidit, eſcarum hic aliquid, ſeu mellis, & aſſi
Piſcis deferte, vt comedam. delata comedit,
Ac ſibi delatæ quodcumque ſuperfuit eſcæ,
Reddidit aſſumens in verba recentia vocem:
Sic, inquit, quondam dixi, ac me ferre labores
Condecuit tales, ſatis vt feciſſe figuris
Poſſem, & pſalmorum recitata explere libellis.
Ergo quos caperent ſenſus, reſeraſſe laborat
De Chriſto, ac lætho, quod præceſſiſſet iniquo,
Tergendasq. ſuo noxarum in ſanguine ſordes.
Gentibusq. edoctis latè, Solymamq. parentem
Sacrorum exponit prius hæc in ſacra vocandã,
Spiritus in veſtros vbi ſeſe infuderit artus.
Non illic Thomas fuerat, cùm venit Ieſus:
Poſtquam ergo rediit Ieſu abſcedente, viciſſim
Edocuere alij fratres hæc omnia Thomam:
Ille ſed, Incertos ego ſemper dixero vitæ
Ieſu ſucceſſus, donec mihi detur in ipſo
Contrectaſſe meis manibus defoſſa locorum.
Ergo domum Ieſus poſt iſta diebus eandem
Octo petit, tenui cum corpore clauſa timentũ,
Oſtia traijciens, Thomamq. appellat, & vltrò
Inuitat, manibus quò ſe contrectet iniquis:
Ipſe vbi deſumptæ rurſus miracula vitæ
Vera videt, tali ſic voce affatur Ieſum:
Tu Deus, ac Dominus ſcelerum miſerere meorũ.
Ieſus ait, credis, manibus quia vulnera tractas,
Fe-

Felices potius,qui non videre fideles.
Ad Tyberiadis rurſus ſeſe obtulit vndas:
Quippe ibi, dum ſeptem piſcari contingit vnà
Diſcipulos, Petrum, Thomam, Iacobq., Ioannem,
Nathanaelq., aliosq. duos, in litore Ieſus
Aſtitit, ijs terra propius cum naue remotis.
Mane erat, ac tota vigiles, fruſtraq. morantes
Tentauere pari ſtudio ſub nocte laborem:
Non fuerat Ieſus piſcantum cognitus vlli,
Diſcipulos monuit,ſub dextram expandere rete.
Auſcultaſſe iuuat, confertum piſcibus olim
Extraxere mari rete,admirantibus ijſdem.
Annuit ergo Petro, Ieſumq. hunc eſſe Ioannes
Explicat: at Petrus ſeſe proiecit in vndas,
Et natat ad Ieſum,mox acceſſere ſodales
Piſcibus immenſis completum rete trahentes:
Hìc vbi panis erat, prunæ, piſcisq. repertus
Impoſitus prunis, iuſſuq. feruntur Ieſu,
Ex alijs aliquot ſecum veſcentibus ipſis.
Ex Petro Ieſus ter percontatur ab eſcis,
Ac potu ſumpto, nùm ſeſe diligat actu
Plus reliquis? Petrus affirmat: vice qualibet agnos
Contrà paſce meos,ait, & commendat eidem
Ieſus oues vice poſtrema: queis vocibus omnis
Paſtorem Eccleſiæ placuit firmaſſe ſupremum,
Vt repetito etiam toties triſtatus amoris
Sit Petrus verbo, credi cum vellet amare:
Sed verò decuit,quando ipſe ter ante negarat,
Oppoſito reparans dicti ſcelus omne prioris.
Ecce autem Petro, me Petre ſequare neceſſe eſt,
Ieſus ait: neque enim vt quondam effeciſſe licebit,

Quod tua libertas perſuaſerit eſſe petendum :
Aſt alij ſubiectus eris, durumq. ſubibis
Imperium alterius, qui te, ac tua brachia tollat
In Crucis extendens ligno. Petrus ergo Ioannem
Ieſu dilectum contemplans ponè ſequentem ,
Expoſcit, tandem maneat quæ meta laborum .
Cui Ieſus reſponſa refert, tua cura magiſtrum
Petre ſequi, non huius erit cognoſcere metas;
Cum finis rerum, tunc vita negabitur, eſto,
Vt membra in melius reparem rediturus in orbē.
Vndeni iuſſu Ieſu remeaſſe laborant
Cum multis alijs Galilææ in culmina montis ,
Culmina diſcipulis quæ commoſtrarat Ieſus .
Ergo vbi diuerſa ſeſe ratione videndum
Obtulit, vt ceſſent animi dubitaſſe piorum ,
Tandem extra educit ſecus oppida dicta Bethanin ,
Montis Oliueti, quò conueniſſe placebat .
Complures fratrum admoniti tenuere cacumen.
Hinc aſtra, hinc cælum fuit aſcenſurus Ieſus :
Hortatur Solyma non abſceſſiſſe, prius quàm
Spiritus adueniat confirmaturus eoſdem ,
Sed præſtolari Superi promiſſa parentis .
Ecce ijdem cupidi rerum quæſiſſe laborant
Tēpora, queis Diuũ inciperet clareſcere Regnũ,
Et queis ſeruitio reparet lata oppida Iudæ .
Ieſus ad iſta ſubit, Nunc talia poſcere vanum:
Hæc linquenda Patri cura eſt: vos lecta virorum
Corpora, terrarum tractus eſtote per omnes
Conteſtes operum mihi, ſermonumq. meorum.
His dictis ſublimis abit cernentibus ijſdem ,
Qualis ſæpe ſolet tenuis vapor aere ferri .
Sublatum terris nubes rapit: inde miniſtri
Bini ex Alitibus coram acceſſere virorum
Ex

Ex noſtris ſimiles, quibus albus ineſſet amictus.
Hi fari incipiunt, Veſtros Galilæa propago
Quis tenet intentos oculos cæleſtibus ardor?
Hic, quem vidiſtis Ieſum conſcendere cælum,
Sic olim redeat, ſicut vidiſtis euntem.
Ecce autem Solymam remeant prima oppida Gentis
Diſcipuli, notaſq. domos: vbi vota parenti
Effundunt Supero, promiſſoremq. fatigant
Noctes, atque dies precibus, demittat Olympo,
Quem nimiũ optarẽt Paracletũ in corda piorũ.
Fœmineus pariter cum Virgine cœtus Ieſu
Matre locum ſubijt, præſtolaturq. parandam
Virtutem infirmis, ac iuncto pectore poſcit.
Interea Petrus diuino Numine motus,
Ac fratrum è medio aſſurgens his vocibus infit:
Proditor infelix precio deceptus iniquo,
Ac vice mutata gradibus deiectus opimis,
Iam male deperijt ſæuo cacodæmonis aſtu.
Nos cura incumbit quem ſuffeciſſe miniſtrum
Tanti operis, quò compleri prædictio poſſit
In pſalmis quondam clarè præmiſſa Dauidis.
Ergo de ſocijs primo à Baptiſmate cœpto
Diſcipulus Ioſeph dictus cognomine Iuſtus,
Matthiaq. eligitur, latè pendentibus inter
Hæc ſociorum animis: tùm miſſa ſorte vocatur
Matthia Apoſtolicũ in cœtũ, expoſcẽtibus omni
Ex numero ſocijs ſummi decreta Parentis.
Quinquagenorum iam cœperat ire dierum
Annua ſacrorum, prætermiſſiq. labores
Subſtiterant penitus, cùm Spiritus æthere Diuus
Diffluere vt ventus, ſonituq. per aëra ferri;
Ac latè obſtrepere auditus, capitiq. decorè
Inſediſſe faces viſæ, linguæq. rubentes,

Infuditq. animis ſeſe diuinitus Ardor.
Extemplo commoti animi, ac firmata piorum
Pectora præſidijs cæleſtibus, ora recludunt,
In laudes homines dignas, ac geſta Tonantis.
Plurimus è toto cœtus conuenerat orbe
In ſacra Iudæi populi, ritusq. paratos.
Ergo de tectis egreſſi audacius inſtant
Edocuiſſe Dei per Ieſum illuſtria rerum
Munera, & ardentes humanũ in vulgus amores:
Scilicet è varijs collecti gentibus, vnam
In ſedem Solymæ, fortunatosq. receptus
Quiſque ſuæ patriæ per verba emiſſa notauit
Expoſitos latè ſenſus, ac nouit abundè.
Mirati rerum noua ſacramenta piarum:
Deriſere aliqui factum, membra ebria vino
Diſcipulos ſtultè, deluſoresq. vocantes,
Ignari rerum, ac ſortis diuinitus auctæ:
Non varios ſenſus miſeri aduertére loquentum
Indigni penitus donis cæleſtibus vti.
Ergo Petrus ait, Quæ perturbatio mentes
Exagitat veſtras, ſeu quis metus ardua vexat
Pectora? vt ancipites rerum feciſſe nouarum
Euentu poſſit? falsò vos creditis horum
Ebria membra mero, cum tertia ſola diei
Horarum excurrat: Præſens hoc dicite tempus,
Quod Vates potuit quondã explicuiſſe Ioelus,
Si modò ſtet vobis animos adhibere fideles,
Quippe prophetantes cœtus prædixerat olim
Prærudium Vates, indoctorumq. virorum,
Atque ea, cæleſti quæ fluxa videtis ab axe
Signa, prius multò prædixerat. ecce probatum
Præferimus vobis Chriſtum, qui fertur Ieſus.
Hic ſtygias turmas deuicta morte ſubegit,
Redditus & vitæ propria virtute perenni eſt,
Sæ-

Sæpius vt cecinit,quod nos teſtamur apertè.
Certè incorruptum corpus perſtare ſepulti
Debuit,vt quódam expoſitum fuit ore Dauidis.
Ipſi nos Ieſum viuum conſpeximus vltrò
Sæpius oblatum, conteſtamurq. receptum
In cælum,quò monſtret iter cupientibus aſtra.
Si vobis eſt veſtra ſalus, ſi gaudia curæ,
Diſcite ab inceptis animos reuocare nefandis.
Pectore contritos baptizauiſſe refertur,
Latius exhortans per verba ſalutis eoſdem:
Millia terna hominum, fuerant perſtantia ſecū,
Siue preces fundant,ſeu vitæ alimenta repoſcant.
Ecce autem incipiunt veluti communibus vti
Rebus,& exactis precijs, nullius vt eſſe
Illa viderentur propriè, pariterq. ciborum,
Ac ſacræ non diſpar erat communio menſæ:
Simplicitas cordis radix digniſſima tantæ
Virtutis, rerumq. fuit,laudisq. ſequutæ.
Fortè Petrus nona Tēplū conſcenderat hora,
Hic quadraginta annorum, ſupraq. iacebat
Ex vtero matris Specioſa ſub oſtia claudus,
Pro victu rogitans. Petrum comitatus euntē eſt
Frater adoptiuus Ieſu, Mariæq. Ioannes
Germen adoptiuum pariter, dilectus Ieſu
Diſcipulus. iam claudus eos pro vilibus eſcis,
Ac ſtipe iactanda fuerat de more precatus:
Cùm Petrus ſtetit ecce gradu exhortatus eundē
Reſpicere in ſeſe, ac ſocium. ille ignarus habendi
Muneris expectare ſtipem,ac depoſcere nūmos.
At Petrus, argenti non eſt mihi pondus, & auri
Vllum,inquit,tua dona cape, ac ſperato ſalutem
Corporis in Chriſti Ieſu virtute vocati.
Ecce manu claudus(mirum)ſublatus amica
Firmatur pedibus,deploratæq. ſalutis

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VIGESIMVS.

Veſpere tranſacto, qui Sabbatha magna ſequutus,
Atque nouo pariter colluceſcente dierum,
Magdala cum ſocia veniunt vidiſſe ſepulchrum:
Iamq. prius conſtanter aromata multa pararant.
Ecce autem vt viſæ propiora tenere locorum
Inter ſe latè conquiſiuere loquentes,
Qua ſaxum impoſitum poſſet ratione moueri.
Interea cælo miſſus delabitur Ales:
Hinc imo diſrupta fuit, concuſſaq. tellus.
Alitis aſpectus, quaſi fulgura ſplenduit ardens,
Candida veſtis erat: perculſi corda miniſtri
Exanimis cecidere inſtar, mox oppida greſſu
Turbati remeant rerum terrore nouarum.
Hìc vbi Pontificum ſtultè mercede recepta,
Ac ſuaſi verbis, ſe dormitantibus vltrò,
Corpora diſcipulos furatos eſſe ferebant.
Hæc reprobi peragunt: ſed nuncius indicat Ales
Mulieribus Ieſum non tali è ſede petendum,
Quip-

Quippe triūphator mortis, ſua mēbra reſumpſit,
Non morti, aut duro ſubiecta futura labori,
Sed vacua curis manſura perennia vita.
Non metuiſſe decet: prædixerat iſtud Ieſus:
Hæ ſedes fuerant, atque hæc monumenta ſepulti;
Diſcipulis eadem ſunt hæc referenda vocatis,
In Galilææ oris ſeſe offeret ipſe videndum.
Illæ abeunt celeres per gaudia mixta timori.
Magdala diſcipulis Petro, pariterq. Ioanni
Nunciat incolumem rurſus ceſſiſſe recepto
Corpore de tumulis Ieſum, & vitalibus auris
Depaſci, ac ſenſu deuicta morte potitum.
Curſibus arreptis monumenta reuiſere Ieſu
Extemplo certant: introgreſſiq. viciſſim
Lintea ſepoſita, & vacuum reperere ſepulchrum.
Ergo mirati ſucceſſus inde recedunt.
Magdala deſumptis ſecum ſociabus eodem
Venerat, ac tumuli plorans obſederat ora;
Mox ſeſe inclinat, cupidisq. inſpectat ocellis.
Ecce autem viſi quaſi conſediſſe ſepulchro
Alituum bini, quorum alter ſumma tenebat,
Alter at ima loci; ſimul & dixere querenti,
Quid ploras mulier? lachrymis ſuccūbere ceſſa,
Ac fletu deſiſte tuo. quì fletibus obſtem?
Inquit, quæ Ieſum haud poſſim reperiſſe ſepultū?
His dictis conuerſa retrò eſt, Ieſumq. repente
Aſtantem vidit, quamuis neque nouit Ieſum,
Villicus hortorum eſt habitus: cui dixit Ieſus,
Quid mulier queris? quid ploras? Magdala contra,
Vir bone me quæſo edoceas, vbi mēbra locarīs,
Vt poſſim amouiſſe loco, ſi conſcius eſto.
Ieſus ait, Maria. at Ieſum Maria ipſa magiſtrum
Agnoſcit memorans vultu conuerſa ſereno,
Ac-

Digitized by Google

Accurritq. ſuam contrectatura ſalutem:
Quippe ſuo ſeptem fuerant de corpore quondã
Spirituum nequam Ieſu virtute repulſi.
Rurſus Ieſus ait, non attrectaſſe licebit,
Donec ad æthereas victor conſcendero ſedes:
Diſcipulos repetiſſe iuuet, quos inſtrue dicens,
Aſtra petet Dominus, terras ac deſeret imas.
Illa volat; ſua iuſſa facit, remq. ordine pandit,
Dumq. refert, ſecumq. aliæ, non credita verax:
Namq. aliæ ad tumulum pariter videre volantũ
Alituum binos; ac ſecum denuo iunctæ
Pro reditu ſociæ Ieſum ſenſere loquutum
In curſu, ac placida repetentem voce ſalutem,
Hortantemq. omnes Galilææ accedere in oras,
Vt videant rurſus ſe ſydera conſcendentem.
Bini è diſcipulis luce arripuere ſub ipſa
Emmaum verſus iter, Solyma quæ paſſibus vrbe
Oppida diſtarent nouies quaſi mille receſſu.
Dum caſus Ieſu ſecum ſermone volutant,
Ieſus adeſt medius, veluti peregrinus eiſdem,
Atque ait, vt video, triſtis vos cura remordet,
Ac pariter duros agitatis mente dolores:
Quid prohibet vobis non currere læta dierum
Tempora? geſtari vultus neque poſſe ſerenos?
Illi ſubijciunt, latè nos anxia Ieſu
Cura trahit, vexatq. animum: quippe ille diebus
Iam prope præteritis fraude interceptus iniqua,
Pontificumq. odijs crudelia funera paſſus,
Spe vana illuſi fuimus, ſe Regna parantem
Credidimus; noſtraſq. Tribus de gentibus vnam
Rapturum in ſedem libertatemq. daturum
Seruitio reparans acri, velut ante fuiſſe
Dicitur his terris, dum Regna ſtetere Dauidis.
Excipit hos Ieſus duris ſermonibus vſus,

Ac-

Atque ait, ò ſtultos, nec ſano corde fideles:
An non de Chriſto, quæ prædixere prophetæ,
Conſona ſunt factis, quæ Ieſus pertulit idem?
Is, de quo ſermo vobis nunc eſſe videtur?
Expreſſitq. notas rerum, quæ talia monſtrent,
A Moyſe ad reliquos Vatum primordia ducēs.
Iamq. propinquarant Emmau, cum finxit Ieſus
Velle abijſſe procul: comites retinere laborant:
Indulget votis tandem. dum contigit ergo
Accubuiſſe epulis certa ſub ſede paratis,
Vt ſibi mos fuerat, Ieſus benedicere menſæ
Cæpit, & oppoſitis dediſſe ſodalibus eſcas:
Agnitus ex actu eſt, oculisq. repente refugit.
Illi inter ſeſe verbis repetiſſe priores
Inſtant ſucceſſus, ac mente reuoluere motus
Ardentes animi, quos effeciſſet Ieſus.
Mox remeant Solymam, ſociosq. reuiſere curant,
Vt caſus hilares memorent, remq. ordine pandant.
Occurrére illic lecti ſuadere parati,
Quod vellent ijdem fratres docuiſſe repertos,
Ieſum affirmantes Petro viſum eſſe Simoni.
Ergo viri reditus cauſſam expoſuere recentes,
Congreſſusq. nouos Ieſu memoraſſe frequentāt.
Hæc ita dum tractant, Ieſus rurſum aſtuit ijſdē:
Felices eſtote animis, pax inclyta vobis:
Ipſe ego ſum, memorat. viſo timuere viciſſim
Ieſu Diſcipuli, viſum phantaſma putantes.
Ille ſubit, veſtro de pectore terror abeſto,
Spiritus eſt expers carnis, caret oſſibus idem:
Horum vtrumque mihi eſt. quo dicto inſufflat in ora,
Atque ait, vt Genitor cælo me miſit ab alto.

M Sic

Sic ego vos mitto terras docuiſſe per omnes.
Accipite ergo animis Paracleti pignora veſtris:
Si cui ſoluetis noxarum vincula, ſoluam;
Si cui nectetis pariter ſua vincula, nectam.
Mox vt perfecto perſtarent corde fideles,
Aſpicienda ſibi latè ſua vulnera ceſſit,
Et loca clauorum. ſed non credentibus ipſis
Addidit, eſcarum hic aliquid, ſeu mellis, & aſſi
Piſcis deſerte, vt comedam. delata comedit,
Ac ſibi delatæ quodcumque ſuperfuit eſcæ,
Reddidit aſſumens in verba recentia vocem:
Sic, inquit, quondam dixi, ac me ferre labores
Condecuit tales, ſatis vt feciſſe figuris
Poſſem, & pſalmorum recitata explere libellis.
Ergo quos caperent ſenſus, reſeraſſe laborat
De Chriſto, ac læthо, quod præceſſiſſet iniquo,
Tergendasq. ſuo noxarum in ſanguine ſordes.
Gentibusq. edoctis latè, Solymamq. parentem
Sacrorum exponit prius hæc in ſacra vocandã,
Spiritus in veſtros vbi ſeſe infuderit artus.
Non illic Thomas fuerat. cùm venit Ieſus:
Poſtquam ergo rediјt Ieſu abſcedente, viciſſim
Edocuere aliј fratres hæc omnia Thomam:
Ille ſed, Incertos ego ſemper dixero vitæ
Ieſu ſucceſſus, donec mihi detur in ipſo
Contrectaſſe meis manibus deſoſſa locorum.
Ergo domum Ieſus poſt iſta diebus eandem
Octo petit, tenui cum corpore clauſa timentũ,
Oſtia traiјciens, Thomamq. appellat, & vltrò
Inuitat, manibus quò ſe contrectet iniquis:
Ipſe vbi deſumptæ rurſus miracula vitæ
Vera videt, tali ſic voce affatur Ieſum:
Tu Deus, ac Dominus ſcelerum miſerere meorũ.
Ieſus ait, credis, manibus quia vulnera tractas,
Fe-

Felices potius, qui non videre fideles.
Ad Tyberiadis rurſus ſeſe obtulit vndas:
Quippe ibi, dum ſeptem piſcari contingit vnà
Diſcipulos, Petrum, Thomam, Iacobq., Ioannem,
Nathanaelq., aliosq. duos, in litore Ieſus
Aſtitit, ijs terra propius cum naue remotis.
Mane erat, ac tota vigiles, fruſtraq. morantes
Tentauere pari ſtudio ſub nocte laborem:
Non fuerat Ieſus piſcantum cognitus vlli,
Diſcipulos monuit, ſub dextram expandere rete.
Auſcultaſſe iuuat, confertum piſcibus olim
Extraxere mari rete, admirantibus ijſdem.
Annuit ergo Petro, Ieſumq. hunc eſſe Ioannes
Explicat: at Petrus ſeſe proiecit in vndas,
Et natat ad Ieſum, mox acceſſere ſodales
Piſcibus immenſis completum rete trahentes;
Hìc vbi panis erat, prunæ, piſciſq. repertus
Impoſitus prunis, iuſſuq. feruntur Ieſu,
Ex alijs aliquot ſecum veſcentibus ipſis.
Ex Petro Ieſus ter percontatur ab eſcis,
Ac potu ſumpto, nùm ſeſe diligat actu
Plus reliquis? Petrus affirmat: vice qualibet agnos
Contrà paſce meos, ait, & commendat eidem
Ieſus oues vice poſtrema: queis vocibus omnis
Paſtorem Eccleſiæ placuit firmaſſe ſupremum,
Vt repetito etiam toties triſtatus amoris
Sit Petrus verbo, credi cum vellet amare:
Sed verò decuit, quando ipſe ter ante negarat,
Oppoſito reparans dicti ſcelus omne prioris.
Ecce autem Petro, me Petre ſequare neceſſe eſt,
Ieſus ait: neque enim vt quondam effeciſſe licebit,

Quod tua libertas perſuaſerit eſſe petendum :
Aſt alij ſubiectus eris, durumq. ſubibis
Imperium alterius,qui te,ac tua brachia tollat
In Crucis extendens ligno. Petrus ergo Ioannem
Ieſu dilectum contemplans ponè ſequentem ,
Expoſcit, tandem maneat quæ meta laborum .
Cui Ieſus reſponſa refert, tua cura magiſtrum
Petre ſequi, non huius erit cognoſcere metas;
Cum finis rerum,tunc vita negabitur, eſto,
Vt membra in melius reparem rediturus in orbẽ.
   Vndeni iuſſu Ieſu remeaſſe laborant
Cum multis alijs Galilææ in culmina montis ,
Culmina diſcipulis quæ commoſtrarat Ieſus .
Ergo vbi diuerſa ſeſe ratione videndum
Obtulit, vt ceſſent animi dubitaſſe piorum ,
Tandem extra educit ſecus oppida dicta Bethanin ,
Montis Oliueti, quò conueniſſe placebat .
Complures fratrum admoniti tenuere cacumen.
Hinc aſtra,hinc cælum fuit aſcenſurus Ieſus :
Hortatur Solyma non abſceſſiſſe, prius quàm
Spiritus aueniat confirmaturus eoſdem ,
Sed præſtolari Superi promiſſa parentis .
Ecce ijdem cupidi rerum quæſiſſe laborant
Tẽpora, queis Diuũ inciperet clareſcere Regnũ,
Et queis ſeruitio reparet lata oppida Iudæ .
Ieſus ad iſta ſubit, Nunc talia poſcere vanum:
Hæc linquenda Patri cura eſt: vos lecta virorum
Corpora,terrarum tractus eſtote per omnes
Conteſtes operum mihi, ſermonumq. meorum.
His dictis ſublimis abit cernentibus ijſdem ,
Qualis ſæpe ſolet tenuis vapor aere ferri .
Sublatum terris nubes rapit: inde miniſtri
Bini ex Alitibus coram acceſſere virorum
Ex

Ex noſtris ſimiles, quibus albus ineſſet amictus.
Hi fari incipiunt, Veſtros Galilæa propago
Quis tenet intentos oculos cæleſtibus ardor?
Hic, quem vidiſtis Ieſum conſcendere cælum,
Sic olim redeat, ſicut vidiſtis euntem.
Ecce autem Solymam remeant prima oppida Gentis
Diſcipuli, notaſq. domos: vbi vota parenti
Effundunt Supero, promiſſoremq. fatigant
Noctes, atque dies precibus, demittat Olympo,
Quem nimiũ optarẽt Paracletũ in corda piorũ.
Fœmineus pariter cum Virgine cœtus Ieſu
Matre locum ſubijt, præſtolaturq. parandam
Virtutem infirmis, ac iuncto pectore poſcit.
Interea Petrus diuino Numine motus,
Ac fratrum è medio aſſurgens his vocibus infit:
Proditor infelix precio deceptus iniquo,
Ac vice mutata gradibus deiectus opimis,
Iam male deperijt ſæuo cacodæmonis aſtu.
Nos cura incumbit quem ſuffeciſſe miniſtrum
Tanti operis, quò compleri prædictio poſſit
In pſalmis quondam clarè præmiſſa Dauidis.
Ergo de ſocijs primo à Baptiſmate cœpto
Diſcipulus Ioſeph dictus cognomine Iuſtus,
Matthiaq. eligitur, latè pendentibus inter
Hæc ſociorum animis: tùm miſſa ſorte vocatur
Matthia Apoſtolicũ in cœtũ, expoſcẽtibus omni
Ex numero ſocijs ſummi decreta Parentis.
Quinquagenorum iam cœperat ire dierum
Annua ſacrorum, prætermiſſiq. labores
Subſtiterant penitus, cùm Spiritus æthere Diuus
Diffluere vt ventus, ſonituq. per aëra ferri;
Ac latè obſtrepere auditus, capitiq. decorè
Inſediſſe faces viſæ, linguæq. rubentes,

Infuditq. animis ſeſe diuinitus Ardor.
Extemplo commoti animi, ac firmata piorum
Pectora præſidijs cæleſtibus, ora recludunt,
In laudes homines dignas, ac geſta Tonantis.
Plurimus è toto cœtus conuenerat orbe
In ſacra Iudæi populi, rituſq. paratos.
Ergo de tectis egreſſi audacius inſtant
Edocuiſſe Dei per Ieſum illuſtria rerum
Munera, & ardentes humanũ in vulgus amores:
Scilicet è varijs collecti gentibus, vnam
In ſedem Solymæ, fortunatoſq. receptus
Quiſque ſuæ patriæ per verba emiſſa notauit
Expoſitos latè ſenſus, ac nouit abundè.
Mirati rerum noua ſacramenta piarum:
Deriſere aliqui factum, membra ebria vino
Diſcipulos ſtultè, deluſoresq. vocantes,
Ignari rerum, ac ſortis diuinitus auctæ:
Non varios ſenſus miſeri aduertére loquentum
Indigni penitus donis cæleſtibus vti.
Ergo Petrus ait, Quæ perturbatio mentes
Exagitat veſtras, ſeu quis metus ardua vexat
Pectora? vt ancipites rerum feciſſe nouarum
Euentu poſſit? falsò vos creditis horum
Ebria membra mero, cum tertia ſola diei
Horarum excurrat: Præſens hoc dicite tempus,
Quod Vates potuit quondã explicuiſſe Ioelus,
Si modò ſtet vobis animos adhibere fideles,
Quippe prophetantes cœtus prædixerat olim
Prærudium Vates, indoctorumq. virorum,
Atque ea, cæleſti quæ fluxa videtis ab axe
Signa prius multò prædixerat. ecce probatum
Præferimus vobis Chriſtum, qui fertur Ieſus.
Hic ſtygias turmas deuicta morte ſubegit,
Redditus & vitæ propria virtute perenni eſt,
Sæ-

Sæpius vt cecinit,quod nos teſtamur apertè.
Certè incorruptum corpus perſtare ſepulti
Debuit,vt quódam expoſitum fuit ore Dauidis.
Ipſi nos Ieſum viuum conſpeximus vltrò
Sæpius oblatum, conteſtamurq. receptum
In cælum,quò monſtret iter cupientibus aſtra.
Si vobis eſt veſtra ſalus, ſi gaudia curæ,
Diſcite ab inceptis animos reuocare nefandis.
Pectore contritos baptizauiſſe refertur,
Latius exhortans per verba ſalutis eoſdem:
Millia terna hominum, fuerant perſtantia ſecū,
Siue preces fundant,ſeu vitæ alimenta repoſcant.
Ecce autem incipiunt veluti communibus vti
Rebus,& exactis precijs, nullius vt eſſe
Illa viderentur propriè, pariterq. ciborum,
Ac ſacræ non diſpar erat communio menſæ:
Simplicitas cordis radix digniſſima tantæ
Virtutis, rerumq. fuit,laudisq. ſequutæ.
Fortè Petrus nona Tēplū conſcenderat hora,
Hic quadraginta annorum, ſupraq. iacebat
Ex vtero matris Specioſa ſub oſtia claudus,
Pro victu rogitans. Petrum comitatus euntē eſt
Frater adoptiuus Ieſu, Mariæq. Ioannes
Germen adoptiuum pariter, dilectus Ieſu
Diſcipulus. iam claudus eos pro vilibus eſcis,
Ac ſtipe iactanda fuerat de more precatus:
Cùm Petrus ſtetit ecce gradu exhortatus eundē
Reſpicere in ſeſe,ac ſocium.ille ignarus habendi
Muneris expectare ſtipem,ac depoſcere nūmos.
At Petrus, argenti non eſt mihi pondus, & auri
Vllum,inquit,tua dona cape, ac ſperato ſalutem
Corporis in Chriſti Ieſu virtute vocati.
Ecce manu claudus(mirum)ſublatus amica
Firmatur pedibus,deploratæq. ſalutis

Digitized by Google

Vir ſtetit incolumis per Chriſti nomina Ieſu:
Ergo Deum laudat, comitem ſe protinus addit,
Ingrediturq. ſacras ædes. plebs talia vidit,
Ac late obſtupuit geſta admiratus abundè:
Obſeſſoſq. in porticibus Salomonis adurget.
Petrus ait, veſtras quænam admiratio mentes
Detinet? aut noſtra quid creditis arte leuatum
Defectu claudum? qui nuper Ieſus iniquo
Affixus ligno eſt vobis inſtantibus vltro:
Hunc Pater omnipotens inſigni laude decorum
Efficit, atque huius per nomen vbiq. vocandum
Signa dat expreſſe, quò cognoſcatur aperte,
Eiuſdem curari animos virtute ſceleſtos.
Hunc Moyſes celebrat, præſtolandumq. recẽſet:
Mortem hunc in noſtram decuit proferre ſalutẽ;
Numen & hunc ipſum vitæ reuocauit in auras,
Altius extollens aſtris, cæloq. reducens.
Nos huiuſce rei teſtes, alijq. frequentes
Adſumus, id certi totum docuiſſe per orbem.
Ergo vos tanti ſceleris, noxæq. nefandæ
Pœniteat, cæli vt liceat regione potiri.
Ecce Magiſtratus Templi, Solymæq. Sacerdos
Cum Sadducæis huc acceſſiſſe feruntur:
Interea, & captos ſub ferrea vincula ducunt.
Poſtera lux aderat, coram tranſlatus vterq. eſt,
Conciliumq. Annas vocat: hic expoſcit eoſdem,
Qua virtute animi, vel freti nominis vſu
Tanta ſuper claudo miracula facta fuiſſent.
Petrus ait, nihil inde timens, per nomina Ieſu,
Quem reprobauiſtis, nos ſigna peregimus iſthęc:
Hunc Ieſum omnipotẽs vitæ reuocauit in auras,
Cuius nos late teſtes ſumus. Ergo videntes
Concilij proceres nulla ratione negari
Poſſe opus oppoſitum, cum pręſens eſſet ibidem,
Qui

Digitized by Google

Qui ſeſe incolumem Ieſu virtute vocati
Diceret; enixe prohibent (res impia factu)
Ne quicquam omnino doceant in nomine Ieſu.
Diſcipuli contra, nos viſa, & vera fatentes
Teſtamur: ſatiuſq. Deo parere videtur,
Quàm dictis hominũ proprio de corde loquẽtũ.
Interea innocuos, neu quid peccaſſe repertos
Vocibus ac populi celebres, claroſq. per acta,
Dimiſere viri crudelia fata minantes,
Si Ieſum poſthac doceant, ac cepta ſequantur.
Sic ambo eiecti remeant in propria læti,
Dicta renarrantes procerũ, ac dura acta virorũ.
Diſcipuli contra vnanimes retulere ſupremo
Ingentes Domino grates, ac vota parenti
Effudere Deo, latas poſcentia vires,
Atque animos fortes cõtra impietatis alumnos,
Ecce autem poſthæc ſubito commota fuerunt
Fundamenta loci, perfuſaq. pectora Dius
Spiritus irrigat late, firmatq. ſuperno
Robore, vt audaci valeant ſermone fateri
Contemptum Ieſu ſacrorum à principe nomen.
Vnanimes manſere omnes; Ieſumq. receptum
In cælum monſtrat per ſigna probantia vitam
Cætus Apoſtolicus; Sadducæoſq. negantes
Communi hoc ſenſu magna virtute refellit.
Cyprius interea, qui dictus Barnaba Ioſeph,
Vendit agrum, preciumq. agri ſenioribus affert:
Non huic abſimiles auſi tentaſſe frequentes,
Impulſi ſuperùm affectu, ac pietate magiſtra,
Vir tamen Ananias, Sapphiraq. conſcia coniux
Fallere Apoſtolicum voluit per vendita cætum:
Quippe ſibi precij partem retinere receptam
Conatus, cecidit ſub funera mortis vterque,
Voce redargutus Petri, ac virtute loquentis.

Indignum exoſi munus, fraudemq. retectam:
Inde metus lectis, ac maximus ingruit horror.
Cœtus Apoſtolicus per ſigna frequentia firmat
Ignaram rerum gentem, populiq. fidelis
Multiplicat numerum turba plaudente virorũ.
Idem porticibus Templi Salomonis adhæret,
Nec verò audebant alij ſe iungere ſecum,
Tantus erat procerum terror diuerſa tuentum.
Ecce autem infirmi geſtantur corpore multi
Vndique, vt membra Petri ſaltem contingeret ægros,
Quippe leuabantur penitus languoribus omnes.
Sed verò inuidia, zeloq. accenſa nefando
Turba Sacerdotum, quorum eſſet opinio falſa,
Non fieri reditus animorum in corpora ſeros,
Iniecere manus, pariterq. in vincula ducunt.
Aliger è cœlo non paſſus probra ſuorum:
Ergo per noctem reſerat clauſa oſtia duri
Carceris, exhortans animo perſtare fideli,
Ac docuiſſe vias Ieſu: qui mane reuertunt
In Templa, vt doceant iuſſis parere parati.
Obſtupuere viri perculſi pectora motu:
Namque vbi delatũ eſt, & carcer clauſus abũdè,
Iuxtaq. appoſitus miles, cuſtoſq. repertus,
Mirati cauſſas, & ſacramenta fuerunt.
Tùm rurſus arripiũt greſſus, nec vincula tentãt,
Sed tamen in cœtus reuocant, ac talia iactant:
Iuſſimus, vt nemo veſtrum per nomina Ieſu,
Edoceat populum. quod vos ſeruaſſe ſuperbè
Temnitis, vt fuſi contra nos ſanguinis actus
Vertere contingat, malè prætenſoſq. reatus.
Cœtus Apoſtolicus tùm vocibus infit, & audet,
Non animus nobis homini parere petenti,
Si Deus impediat, diuinaq. gloria poſcat:

Quem

Digitized by Google

Quem vos in pœnas, mortemq. dediſtis Ieſum,
Hunc Deus in vitam depulſa morte redemit;
Nos & conteſtes vitæ coram adſumus huius.
Gamaliel hos inter erat Phariſæus honeſtus,
Hic ſacrum in partes iuſſit ſecedere cœtum:
Mox ait, exemplis fas eſt decernere cauſſam,
Multos ante annos Theodas iactauit abundè
Seſe aliquē,ac perijt miſerè,quia falſa profeſſus.
Succeſſit quidam pariter Galilæus Iudas,
Qui multos hominum abſtraxit poſt tempora ſecum,
Ac tandem infelix cum ſectatoribus hæſit,
Vt caderet,caſuq. auſus oſtendit inanes.
Sic genus hoc hominum cōtemni poſſe videtur,
Vt citò deficiat, ſi non ex Numine ſurgat:
Si Numen curet, ſi ſtet firmaſſe voluntas,
Conſilium imprudens fuerit contendere contrà.
Sic Iudæorum obtinuit diſſoluere lectum
Concilium in Sanctos,cæſoſq. ſubinde minaci
Dimiſere ſono, Ieſu abſtinuiſſe iubentes
Nomine,vt oppreſſam referant per ſymbola flā-mam.
Cœtus Apoſtolicus ſeſe pro nomine Ieſu
Iniuſtè affectum crudeli verbere lætus
In proprias remeat ſedes ,pariterq. docere
Pergit vbique hominū conſtanti pectore Ieſum.

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VIGESIMVSPRIMVS.

DIſcipuli Solyma dum latè augentur in vrbe,
Deſpecti Græci in viduis, iiſdemq. repulſis,
Vt minimè dignis, quæ facta domeſtica curent,
Siue miniſterium ſubeant de more receptum;
Queſti animos ſimul oppoſitos, ſua murmura iactant.
Ergo biſſeni, collectis omnibus vnà
Diſcipulis alijs ſecum ſic ore loquuti:
Si fieri poſſit, ne rerum abſurda ſequantur,
Non aliquis renuat menſis ſeruire parandis,
Nec munus poſitum quis dedignetur obire.
Nos quoniam inſtamus longè melioribus actis,
Dedecet in tenui cauſſa conſumere tempus:
Eligite ex vobis ergo qui talia tractent,
Ac præſint operi, ſeptem, quibus adſit abundans
Gratia, qui ſtudeant, vt conuenientia fiant.
Auſcultant turbæ dictis: ſeptemq. piorum
Toto de numero, quos cura domeſtica tangat,

Digitized by Google

Ac ratio victus communis ſumma, vocantur.
Extitit hos inter Stephanus, qui Numine fretus
Cœtum aduerſantem fidei per verba refellit,
Claraq. ſigna facit, latè admirentur vt omnes.
Audierunt Stephanum Iudæi plura loquutum:
Conueniunt rurſus ſecum certare parati,
Doctrina, ac verbo Stephanus quos edocet vltrò.
Auribus arrectis tenuere ſilentia cuncti.
Mox ait, Ex Abraha geniti, fratresq. ſub illo
Patre omnes, ſcitis Syria quondam eſſe profectũ
E patria quondam, noſtrasq. petiſſe vocatum
Numinis impulſu ſedes, promiſit habendas;
Quas tamẽ haud Abrahæ, ſed natis poſtea ceſſit.
Venditus externus Ioſeph tenet accola terras:
Hinc fratres, natiq. diu vixere remotis
Ægypti in Regnis: tandemq. eduxit Iacob
In deſerta genus loca. mox immiſit in iſtis,
Quos nunc incolimus, quos & coluere parentes,
Non ſemel, atque iterum variata ſorte, receptus.
Ipſe idem Moyſi ſub talia tempora iuſſit
Ex lignis fieri ſacri penetrale receſſus:
Poſtea decreuit poni de marmore Templum
Æthereo genitori; ac rurſum ambuſta ſteterunt
Tecta domus Domini, primis velut ante repulſis,
Non fallor, fratres, iſthæc variatio monſtrat
Mutari in Chriſto ritum debere ſacrorum,
Et potuit quondam ſceleratis actibus eſſe
Promerita, vt fieret ceruix duriſſima Patrum,
Veſtraque, ne fluxu ſemper decurreret vno.
Ac verò Vatum ſucceſſio tota frequenti
Eſt excepta malo, duris abſumpta periclis.
Sic nuper iuſtum vos occidiſtis Ieſum,
Menſurã implentes ſcelerumq., operũq. malorũ.
Exarſere animis, & nixi viribus vrbe

Eij

Eijciunt, ſaxisq. petunt, tandemq. trucidant:
Ille ſed intentis animis ſublimibus hærens,
Ac tollens in cælum oculos Diuina repandi
Vidit clauſtra ſibi, Ieſumq. aſtare parenti,
Vocibus exclamans, ergo mihi Ieſus apertè
Cernitur, aſſiſtens, inquit, ſuper aſtra Tonanti:
Spiritus hic adſit meus, ò quaſi pignora Ieſu:
Ieſu ignoſce viris contrà inſiſtentibus vltrò:
Non homines ſua pœna premat, non torqueat actus,
Dele animis noxas, tuaq inclyta gloria ſurgat.
Dixit, & ad Superos puriſſimus euolat actus,
Corpore humi abiecto. Saulus conſenſit iniquis
Mentibus: hic poſitas cuſtodiuiſſe refertur
Nequam hominum veſtes, lapidantum in cæde recenti.
Condita honorificè Stephani ſunt membra ſepulchro,
Præmiſſo planctu magno de more piorum.
Interea in Sanctos falſiſſima quæq. virorum
Corda fremunt, animusq. furit, ſenſusq. rebelles.
Ergo abeunt Solyma certi ceſſiſſe malignis
Pleriq. ipſorum: ſolus permanſit in vrbe
Cœtus Apoſtolicus nulla formidine motus,
Sollicitè curam Eccleſiæ geſſiſſe laborans.
Saulus at inſectans latè turbare fideles,
Delatos cæpit ſubiens in tecta domorum,
Vt raperet quoſcumque trahens in vincla repertos.
Diffuſi latè Ieſum docuere per vrbes.
Samaritanas venit Philippus in oras,
Hic vbi patratis per Ieſu nomina ſignis
Declarat ſacrum in noſtram Baptiſma ſalutem:
Quippe paralyticos, ac diro dæmone raptos,
At-

Atque ægros pedibus curat, prauum omne repellit.
Conuerſi didicere Deum, factiq. fideles
Samaritani populi per gaudia læti:
Hos inter Simeon, qui falſa profeſſus abundè
Multa fuit, latè deceptis ciuibus ante
Acceſſit baptiſma petens, ac pectore ficto
Excipiens nouitate operum, ac ſplendore columbæ
Permotus; quippe illa ſuper conſederat omnes,
Queis manus impoſita eſt ſacro à baptiſmate ſumpto,
Protinus adiuncta verborum ſupplice forma.
Ergo accerſiti Petrus, pariterq. Ioannes
Deuenere illuc, quorum virtute reſedit
Spiritus in Sanctis per ſymbola dicta columbæ.
Is vana ſcelerum ſeductus mente ſuorum,
Fallaciq. errore mali, ac ſpe cordis iniqua
Obtulit argentum, ſibi quò vis tanta daretur,
Imperiumq. ſuæ vocis ſequeretur,& actus.
Petrus ait, tua damna eſto,quod callidus affers
Argentum,malè qui ſperaſti poſſe potiri
Muneribus ſacris per corruptibile pondus
Humani precij, ac vendi quaſi lutea numen:
Pœniteat prauos te quæſiuiſſe per actus
Præmia virtutis, ſenſuq. vrgente maligno
Mercari nummis dona exoptaſſe ſacrorum.
Dimiſſi tentant reditũ, Solymæq. propinquant;
Iamq. prius varias vrbes atque oppida circùm
Doctrina Ieſu complent, quaſi ſemina iactent:
Firmantur ſignis dicta, vt res tanta repoſcit.
Interea Philippum Ales demiſſus ab aſtris
Admonet,vt Gazæ,quà ſunt deſerta viarum,
Quaq. iter eſt Solymã,curſu contendat in oras.
Ocyus

Digitized by Google

Ocyus ecce facit ſua iuſſa: occurrit eodem
Reginæ Æthiopum Eunuchus, qui ſumpta fideli
Omnia perficeret commiſſa negocia cura,
Et tractaret opes multas, ditiſſimus auri.
Venerat is Solymam pietate impulſus amica:
Iamq. ferebatur proprias rediturus in ædes:
Protinus immiſſus Philippum commonet Ales,
Curribus adiungat ſeſe. ſuccedit eodem
Philippus, ſentitq. hominem ſacra verba legentem
Iſaiæ, qui de Chriſto cum ſcriberet atram
Mortem, atque inflictos veſano corde dolores,
Intulit affectu tolerata ea cuncta modeſto,
Atque ſequuturam tali pro funere prolem
Innumeram. Hoc vtens aditu Philippus Ieſum
Prædicat, ac nullam ſperari poſſe ſalutem,
Si non ſit Ieſu quis charactere decorus
Fonte ſacro ſurgens, ac per Baptiſma renaſcens.
Deuenére locum, liquidus quò defluit humor:
Hic Eunuchus ait, quis me vetat eſſe ſacrorum
Participem iſtorum, ſeu crimina fonte lauari?
Si credas ex corde, licet tua pectora lymphis
Abluere, ac Ieſu per nomina pellere noxas,
Ille refert, Ieſumq. ſequi ex virtutis amore.
Ergo deſcendunt alacres de curribus ambo.
Iam Dia perfuſus aqua, tactusq. potenti
Verborum is forma fuerat, cum ſuſtulit Ales
Philippum Azoti in fines, vbi cœpit Ieſum
Edocuiſſe iterum, donec peruenit in vrbem
Cæſareæ, traxit quæ magno à Cæſare nomen.

In Sanctos Chriſti Ieſu feruentior ira
Saulus adhuc ſpirabat atrox, cædemq., minasq.
Ergo Sacerdotes, qui munera Principis vrbe
In Solyma gererent, tali ſub tempore poſcit
Man-

Mandata, vt ſi quos alibi reperiſſet Ieſu
Nomina ſectantes, vinctos perduceret illuc.
Iamq. iter aggreſſus fuerat, propiorq. Damaſci
Portis felle grauis ſucceſſerat, ecce repente
Circumfuſa virum lux, æthere miſſa repulſum
Sternit equo, ceciditq. furens, ac ſenſit Ieſum
De ſeſe duro penitus ſermone querentem:
Quid me tam ſtabili curſu, penituſq. rebelli
Pectore perſequeris Saule, haud extrema rependens?
Infauſtos animi debes cauiſſe dolores:
Tu zelo traheris, ſed motus inanior eſto,
In quos iſte rapit, niſi retroceſſeris error,
Mœrores cordis, quos & pariturus in æuum eſt.
Saulus acri deiectus equo ſic dicere contrà
Aggreſſus, Quis enim incuſas mea facta? fidemq.?
Ac tantùm metuiſſe iubes, ac vertere greſſus?
Cui Ieſus, Memet qui nomine dicor Ieſus,
Iniuſtè inſequeris, mecum contendere certus:
Sed tua non facilè poterit contraire voluntas,
Vt ſtimulos renuas, ſeu, quò fert impetus, adſis.
Obſtupuit Saulus ſecum, ac ſermone trementi
Talia dicta refert, me Ieſu implere parato
Quæ iubeas, tua cura eſto explorare, quod optas:
Ieſus ad hæc, vrbem introeas, vbi pandere mens eſt,
Quid fieri per te cupiam pro nomine noſtro.
Audiuere ſonos famulantum turba virorum,
Nulla conſpecta forma, nullaq. figura,
Miratiq. animis, excæcatumq. trahentes
Arrepta dextra Saulum, induxere Damaſcum.
Terna cœcus ibi permanſit luce dierum:
Terni ieiunum potuere inuiſere ſoles:
Hi pariter ſtratis intercurrére iacenti.

Di-

Diſcipulus Ieſu degebat in vrbe Damaſci
Ananias dictus: per clara hic lumina ſenſit
Ieſum exhortantem, ſeſe conferret in ædes
Cuiuſdam Iudæ, ac vicis cognomine rectis,
E Tarſo Saulum patria perquireret, ortum.
Ecce ibi vota parat, præſtolaturq. lauacro
Abſtergi ſacro, vt penitus pia iuſſa ſequatur.
Ananias contrà ſic interfatus Ieſum eſt,
Hunc ego de multis Saulum iam ſæpius ante
Audiui quondam Solymæ traxiſſe per vrbem
Seruorum cœtus veſana mente tuorum:
Quin etiam, (ſcelus indignum) veniſſe Damaſcum
Dicitur, extractis ſacrarum à Principe rerum
Mandatis, per quæ famulos quoſcumque colendi
Nominis inuentos, ſectatoresq. tuarum
Virtutum Solymam perducere poſſit in vrbem,
Diuexans latè, crudeli ac funere perdens.
Hic Saulus quaſi vaſa mihi digniſſima ſunto
Ieſus ait, mea qui latè diffundat in omnes
Nomina terrarum populos, vrbesq. remotas:
Huic ego monſtrabo ſubeunda pericula pro me,
Et varios caſus, diſcriminaq. ardua rerum.
Ergo abit Ananias, celeres vir concipe greſſus,
Feſtina Saulum ſacras lauiſſe per vndas,
Ac præceptorem nobis effinge vocandis.
Ananias Iudæ cum perueniſſet in ædes,
Conſpectum Saulum placido ſermone ſalutat,
Atque ait, impoſitis manibus felicius olli,
Huc frater me Saule monens immiſit Ieſus,
Qui tibi Iudaicis venienti occurrit ab oris:
Pelle metus animis, fueris modò lumina ſoſpes,
Ac tua Diuino compleri corda fauore
Contigerit, reuocesq. hominũ ad cæleſtia mẽtes.
Ecce

Ecce velut ſquammæ poſito velamine noctis
Ex oculis cecidere ſuis, viſumq. recepit :
Extemplo ſtetit aſſurgens baptiſmate ſacræ
Mundatus penitus mentemq., ac corpora lymphæ :
Inde cibis artus reficit, ſecumq. diebus
Perſiſtens aliquot, cœpit docuiſſe moratus
Virtutem in Chriſto Ieſu, veramq. ſalutem.
Obſtupuere viri mutatæ mentis alumnum;
Ille Damaſcenos miro ſermone refellit
Iudæos quorum inſidijs, aſtuq. petitus
Occidi potuit poſito cuſtode domorum,
Si non præſidio Domini firmatus abundè,
Lapſus eorundem manibus, noctuq. feneſtris
Dimiſſus fuerit cura, placitoq. fideli.
Acceſſit Solymam aufugiens, vbi iungere ſemet
Certat Apoſtolicis magno feruore virorum.
Nemo non caruit, metuens, ne fortè ſubeſſet
Fictio ſæua animis, atque implacabilis aſtus.
Quid Petre deuitas hominem, ſociæq. cohortes?
Amplius iſte lupi nequam, aut crudelia ſecum
Corda viri haudquaquam gerit; inter ouile recenſe
Sanctorum Ieſu Saulum, nam perdita morum
Depoſuit penitus, quo noſcere diſcat Ieſum.
Barnaba perſenſit Saulum ſua pectora, & actus
In melius mutaſſe malos, manibusq. prehenſum
Ad ſocios perduxit ouans, docuitq. fidelem
Effectum viſo Ieſu, expertumq. Damaſci
Pro zelo fidei permulta pericula rerum.
In ſortem excipitur fraterno prorſus amore.
Mox hoſtes fidei verbi mucrone refellit.
Conuicti Græci mortem intentaſſe laborant,

At

At Sancti ſtudio ſeruandi fratris ab hoſte,
Cæſaream ductum in patrios miſere receptus.
Interea pax Eccleſiam conuerſa fouebat
Diffundens latè Superis afflatibus auctam:
Fortè Petrus Lyddæ, cũ circùm inuiſere ſanctos,
Contigit Æneam quendam reperiſſe iacentem.
Dicitur hunc annis reſoluta paralyſis octo
Obtinuit, ſtratoq. ſuper complexa ſubegit.
Ergo Petrus ait, Dominus te Chriſtus Ieſus
Incolumem reddat, peſtemq. à corpore totam
Diſſipet, vt fœdo purgentur membra reatu,
Ac digno notæ fungantur munere vitæ.
Extemplò ſtetit Æneas, & labe fugata
Exilijt gaudens; commoti mente fideles
Effecti, qui Lyddam habitant, vrbemq. ſacrorum.
Fœmina Ioppitis fuerat cognomine Dorcas,
Plena fide, ac forma longè laudabilis actus,
Occiderat: fratres Petrum audiuere morantem
Lyddæ, pro Dorca accerſunt: accedit Ioppen:
Oſtentant veſtes, ſibi quas Tabitha dediſſet,
Tabitham flentes commendauiſſe laborant.
Eijcit ecce foras fratres: tùm poplite flexo
Vota Deo, ac Ieſu fundit, Dorcamq. vocauit
Nomine Tabithæ. Audito Petro illa reſedit
Sublatis oculis, mox eſt erecta ſub auras.
Agnita Diuinæ fidei clariſſima virtus,
Ioppitas Chriſto docuit parere frequentes.
Italicæ quidam fuerat Centurio turmæ
Cæſareæ, recti cupidus, Cornelius idem
Dictus: ſubſidium latè præſtabat egenis,
Vota, preceſq. Deo aſſiduas fudiſſe laborans.
Quidam luce Ales ſub nonam miſſus apertè
Viſus adeſſe ſibi, qui ſe per nomina poſcat.
Hunc

Hunc ipſum intuitus Cornelius, ore trementi
Addidit, Ecce adſum: tua quò ſed miſſio ſpe-
ctat?
Ales ait, Tua facta Deo placuere, precesq.:
Ergo accerſe Petrũ, qui nunc ſub tecta Simonis
Cuiuſdam hoſpitio, ad Ioppis mare conſtitit
vrbis:
Is doceat, quæ digna putem, quæ diſcere certes.
Dixit, & in cælum paribus ſe ſuſtulit alis.
Extẽplo vocat is famulos, quibus explicat omnẽ
Euentum, ſeriemq. rei: tres mittit Ioppem.
Poſtera lux aderat, necnon quinta hora diei
Fluxerat: interea Petrus conſcenderat orans
Alta domus, mentisq. exceſſum eſt paſſus ibidẽ.
Lintea viſa ſibi ſummo decurrere cælo,
Fœta feris, brutisq., atque omni ſtirpe volucrũ:
Tùm demum tenues vox eſt delata per auras,
Vtere Petre eſcis, tibi quorum oblata facultas.
Ille refert, immunda mihi vitaſſe ciborum
Cura fuit ſemper, fueritq., vbi vita ſuperſtes.
Vox ergo ad Petrum delabitur æthere rurſus,
Quæ dici vult munda Deus, tu munda putato.
Lapſa ter è cælo ſunt lintea, terq. recepta
In cælum retulere ſinus; totidemq. volantes
Concepit vox illa ſonos, hortata refectus.
Obſtupuit Petrus, dumq. hæſitat, oſtia pulſant
Miſſi Oratores, Petrumq. repoſcere curant.
Spiritus interea Petrum admonet, inde viro-
rum
Acciri ſeſe precibus, non differat vltrò
Progredi, & optatis ſe latè offerre vocantum.
Auſcultat voci diuinæ Petrus, & ædis
Ima pètit, certatq: aduentus poſcere cauſſas:
Se, pro quo veniant, clarè Petrum eſſe recenſet.
Edo-

Edocuere viri motus, Petrus ergo receptos
Hoſpitio fouet, appoſitis & recreat eſcis.
Iam noua lux aderat, Petrum comitatus euntem eſt
Cæſaream cœtus fratrum; quo luce ſequenti
Perueniunt. Iam collectis Centurio notis,
Cognatisq. ſuis præſtolabatur eundem.
Idem introgreſſum curuato poplite Petrum,
Vt vidit, coluiſſe parat: ſed ſtare coegit
Hunc Petrus admonitum ſe non diuina decere
Obſequia, & cultus non fas concedere dignos
Numine mortali, ac ſeſe talem eſſe rependet.
Protinus inductus petit interiora domorum:
Mox ait, illicitum vt ſcitis cum gentibus eſcas
Sumere Iudæo, aut ſecum verſarier vnà,
Vt mihi contingit veterum de more parentum.
At Deus oſtendit tolli diſcrimina rerum:
Quare agite, & cauſſas, quibus accerſiſtis apertè
Diſſeruiſſe iuuet, mea ne mens fluctuet æſtu
Amplius, at norim, quò Dia vocatio ſpectet.
Tunc ex compoſito ſic eſt Cornelius orſus,
Aſtitit oranti mihi nuncius æthere miſſus
Quattuor ante dies, qui me confidere iuſſit;
Quippe tuas grata Deus exorabilis, inquit
Audijt aure preces: Petrum ergo accerſe Simonē
Hoſpitio, qui nunc Simeonis in æde tenetur
Cuiuſdam ad Pontum, qui Ioppem interluit vndis.
Ergo iube quæcumque voles ex Numine nobis:
Adſumus hic etenim in cunctis parere parati.
Petrus ad hæc, nunc tandem, inquit, mihi ſenſus abundè
Cognitus ætherei Patris, quippe ille repellet
Crimina peccantum, ac latè miſerebitur omnis
Qui

Qui ſua dona petat, quamuis de ſemine nequã.
Miſſus Ieſus erat Iacob, quem dicere Chriſtum
Expedit, ac cæli Dominum, terræq. parentem:
Audiſtis, quæ præteritis paulò ante diebus
Euenere vrbe in Solyma, quæ paſſus Ieſus
Primorum inuidia fuerit: miracula noſtis.
Hunc Deus omnipotens, poſtquam conceſſit iniquis
Defunctus fatis, vitæ reuocauit in auras,
Conſtituit rerum eſſe caput, parteſq. gerendas
Principis ab ſeſe, totum qui temperet orbem,
Ac Iudex tandem fiat, quò diſſipet omnem
Immundum terris, noxamq. exterminet auctam.
Huius per nomen pariter dandam eſſe ſalutem
Dicimus, vt pereat, qui non depoſcat Ieſum,
Se Ieſu tradens; ſoſpeſq. euadat abundè,
Qui ſe Diuino pariter committat amori.
Sic aliàs etiam cecinerunt carmine Vates.
Talia cæleſti dum percitus edocet actu
Petrus, in aſtantes ſeſe diffundit apertè
Spiritus, vt ſacræ ſub tempora prima columbæ
Contigerat cuicumque ex verpis ante fideli:
Obſtupuere Petri comites nouitate recenti
Permoti, quippe hos linguis ſenſere loquentes,
Laudanteſq. Deum celebri ſermone parentem.
Petrus ait, ſacro digni baptiſmate ſunto,
Quos licet abſimiles ritu, ac de ſtirpe rebelli
Diuerſa, & varia, clarè tamen eſſe videmus
Participes factos felici ſorte piorum.
Ergo inſtat iungi ſocios, ac ſonte lauari
Præcepit ſacro per Chriſti nomina Ieſu.
Obtinet, hinc ijdem non abſceſſiſſe receptos,
Aſt aliquot ſecum expoſcunt perſtare diebus.
Fratribus interea Solymæ res iſta refertur.

Ergo vbi conſcendit Petrus reuocatus eodem,
Diſceptant latè ſecum; mixtumq. fideli
Semen iniquorum per verba indigna queruntur.
His Petrus exponit ſeriem per ſingula rerum:
Conuicti didicere Deum celebrare frequenti
Laude omnes, reliquis, quorum diffuſa fuiſſet
Ante manus ſolos hæc ſacra docentibus olim
Ex Iacob genitos: latèq. fidelis vbique
Aucta fuit proles. Græcis tamen ecce ſacrorum
Myſterium iſtorum reſeratur: mittitur vrbem
Barnaba ab Antiocho dictam, gaudetq. repertos
Illic diſcipulos animo durare fideli.
Hos exhortatus tali perſiſtere mente
Quæſitum patria Saulum reuocauit ab vrbe,
Vt vitæ ſocium, tantiq. laboris eundem
Sumeret, ac plenè Eccleſiam inſtruxiſſe liceret
Antiochenæ vrbis. mox excreſcentibus ijſdem
Diſcipuli à Chriſto nomen traxere ſequutum:
Hic vbi verſati totum docuere per annum.
Interea ab Solyma venerunt vrbe prophetæ:
Agabus ex illis clarè dicebat ab orbe
Annonam rerum penitus procul eſſe fugandam,
Facta fides latè ſub Claudia tempora vero eſt.
Ergo Diſcipuli pro viribus inde reperti
Suppeditant Solymæ ſanctis, quæ digna putarét,
Barnaba eorundem, ac Saulo portantibus eſcas.
Ecce autem Herodes cœpit vexare fideles,
Enſe necat Iacob, fratrem dixere Ioannis.
Grata fuit res iſta nimis primoribus vrbis.
Ergo Petrum pariter ſub ferrea vincula ducit,
Hoſtibus vt ſanctæ fidei indulgeret iniquis.
Azima gentis erant: & producturus eundem
Paſchate tranſacto fuerat Tetrarcha ſceleſtus,
Vt publicè Petrus diſcrimina dura ſubiret.

Hic

Hic tamen interea multo cuſtode tenetur,
Aſſiduè fratrum cœtu fundente Tonanti
Pro Petro pia vota ſuo. Iamq. vltima rerum
Nox terris aderat, qua lapſa è carcere tetro
Educendus erat Petrus, vt diſcrimina ferret:
Cùm cælo miſſus coram aſtitit Ales ab alto,
Percuſſitq, latus Petri, atque in luce refulſit:
Mox ait, exurgas citius. cecidere ſeorſim
Vincula dura velut cera: ergo accingere lũbos
Admonitus ſtudet, atque humeris circumdare amictus.
Aligerum ſequitur præeũtem, haud conſcius idẽ
Rerum, nocturnos viſus ſe cernere credens,
Donec aperta vltrò ſunt oſtia, & euolat Ales:
Quippe ſui compos factus dignoſcere cœpit
Vera fuiſſe ſibi per noctem cognita ſenſu.
Ergo ait, Agnoſco cæleſtia munera, lætus,
Et grates egiſſe velim, ac retuliſſe perennes
Sydereo Regi, qui me ſub compede vinctum
Extulit incolumem, præſtolantesq. mearum
Succeſſus rerum felici errore fefellit.

SACRARVM DESCRIPTIONVM LIBER XXII.

IAm Petrus in Marci de carcere ceſſerat ædes,
Inſtabat pulſare fores: famula ergo feneſtris
Dignoſcit Petrum è ſonitu, ac rem nunciat intrò,
Oſtia non reſerans, quò feſtinantius iret.
Non habuere fidem referenti vera puellæ,
Aligerum Petri potius veniſſe putantes:
Oſtia panduntur tandem, cum ſæpius idem
Pulſaret cupidus quàm primum hæc ſigna docendi.
Obſtupuere viri, conſpecto ſoſpite Petro:
Collectis facti ſeriem Petrus explicat omnem,
Diſcipulisq. alijs addit referenda videri,
Præcipuè Iacob. lætus mox inde recedit,
Abripiens aliò ſeſe in mage tuta locorum.
Agnita mane fuga eſt, turbato milite ſecum:
Herodes vinctum Petrum è cuſtode repoſcit,
Nec Petri potuit quam vellet diſcere ſortem.
Cæſaream tandem Tyrijs iratus abiuit,

Hic

Hic vbi Regali publicè veſtitus amictu
Sedit, multa quærens populo acclamante viciſſim,
Non hominis voces, ſed Numinis eſſe putandæ,
Quas nunc Diuino proferri ex ore videmus.
Quippe alitus Tyrius frumento, eſcaq. frequēti
Regis adulator fuerat per talia factus.
Ergo Ales Domini cum Regem vana ſequutum
Noſceret, atque animis ſeſe iactaſſe ſuperbis,
Nec grates egiſſe Deo bona cuncta ferenti,
Illicò percuſſit rodendos vermibus artus,
Vt caderet miſera conſumptus tabe reatus.
Barnaba cum Saulo Solyma repetiſſe feruntur
Antiochenam vrbem: quò confluxere prophetæ,
Doctoresq. alij ſecum, quos Lucius inter,
Et Niger, ac Manahes Regis collacteus eſſet.
Ecce miniſterium dum per ieiunia complent
Sacrorum in Sanctis, edicit Spiritus ijſdem
Secerni Saulum: ſic Barnaba lectus in vſus
Dij Euangelij ſecum diſcedere iuſſus.
Impoſuere manus vtrique, & fauſta precati
Dimiſere viros. iterant ieiunia fratres,
Vt cœptum Ieſus benè ſoſpitet æthere curſum.
Digreſſi inſtinctu Diuini Numinis ambo
Vrbem à Seleuco primum ſubiere vocatam,
Inde Cyprum, mox ingreſſi Salamina docebant
Iudæos, ſecumq. aderat cognomine Marcus.
Deuenere Paphum, Proconſul Sergius illic
Paulus erat, prudens animi, cupidusq. fideles
Diſcendi ſenſus, & Chriſti nomina Ieſu.
Fortè Elymas Magus eiuſdem diuertere mentem
A fidei auditu fallaci corde ſtudebat.
Ergo hominem intuitus variato nomine Saulus

In Paulum, ac zelo fidei commotus, & ira:
Vt norint, inquit, queis cum verſaris amicè,
Te contra rectum nequiſſima ponere rerum,
Offundet latè tua lumina turbidus humor,
Vt cœcus fias. denſæ cecidere tenebræ
Illicò in iniuſtum: contrectaturus obibat
Infelix manibus, ſi fortè occurreret, in quo
Inniti poſſet fruſtrà. Proconſul apertos
Suſpiciens animo caſus, meritosq. reatus,
Subiecit fidei lotus Baptiſmate pectus.
Ecce Papho Paulus diſcedens nauigat, vnà
Et comites reliqui ſecum, iamq. oppida Pergen
Pamphiliæ veniunt: patriam ſe Marcus in vrbem
Contulit, aſt alij contrà Antiochena repoſcunt
Oppida Piſidiæ, Synagogæ ac tecta ſubintrant,
Et Moyſem, ac ſanctos illic de more prophetas
Audiuere legi. tùm commoda tempora Paulus
Se nactum eſſe ratus, ſic exhortantibus vltrò
Principibus pariter, Ieſum inſinuaſſe laborat.
Ergo ait, Omnipotens quondam delegit Iacob,
Et patres noſtros; quos in Mareotica ductos
Regna, auxit nimium extollens, dextraq. potēti
Extractos rurſus, poſt plurima tempora rubrum
Per mare victores; ac deficientibus eſcis
Manna dedit cælo: tum pertulit aſpera morum
Sæpius offenſus: Chanaam deſtruxit opimam,
Vaſtato latè penitus cultore locorum;
Conceſſit Patribus, ſeruatoresq. vocauit
Opportunè alios, quorum virtute ſubegit,
Quæ circum poſitæ obſtiterant per ſæcula Gentes.
Regem exoratus ſtatuit, reprobumq. repertum;
Iuſticij monumenta ſui metuenda Dauidem
Ex-

Excitat, è cuius mox ſemine natus Ieſus,
Baptiſtæ verbo celebris, ſignisq, probatus.
Hunc vatum ex dicto perpeſſum extrema dolorum,
Funeraq. in noſtræ medicamina certa ſalutis,
Tandem vitales numen reuocauit in auras.
Huius non rari teſtes hucuſque ſuperſunt.
Ergo quiſque ſibi caueat, ne forte rebelles
Oſtentet ſenſus in detrimenta ſalutis.
Hæc eadem Auditor populus per Sabbatha rurſus
Expoſcit repeti, quò rem dijudicet omnem
Tutius, incautè neu quis ſubrepſerit error:
Immeritò metuens. at plurima turba ſequuta eſt,
Quam fidei verbis firmare enixius vrgent.
Ecce autem plures inter noua Sabbatha ciues
Confluxere ſimul, Paulum exaudiſſe parati
De ſenſu fidei: ſed contradicere certant
Iudæi multi Domino, fideiq. rebelles.
Ergo hoſtes nouiſſe inſtant quoſcumque ſuorũ,
Vt Paulum, ac ſocium eijciant ex vrbe fugantes:
Hi contra inuicti verbis audacius obſtant,
Et falſos damnant, exprobrantesq. refellunt.
Nam vobis, memorant, Regnum explicuiſſe ſacrorum
Debuimus primis: ſed gentes iſta manebunt,
Indignos quoniam vos effeciſſe ſtudetis.
Non paucas Supero grates egere parenti
Sanctorum adſciti in numerum de Gentibus ipſis,
Atque alacres celebrant diuini pignus amoris.
Ij tamen eiecti, ac longè de finibus acti,

Digitized by Google

Abſterſere ſuas collecto puluere plantas:
Iconium petiere fuga, Ieſuq. verēndi
Nomina diffundunt, ſemperq. ardentius inſtāt,
Multi è Iudæis facti, Græcisq. fideles,
Qui tamen indignis repulerunt auribus iſthæc
Dona Dei. In Sanctos iterum mouere tumultus,
Attamen electi noua per miracula rerum
Firmantur penitus: reſcinditur ergo nefandi;
In diuerſa animus vulgi, Sanctosq. repulſos
Turpiter afficere, ac deperdere funere certat.
Ergo ijdem iuſta moti ratione recedunt,
Et Lyſtram, ac Derben, totamq. Lycaonis oram
Circumeunt, ſacri iactantes ſemina verbi.
Lyſtræ erat ex vtero quidam pede claudus vtroque:
Hic Paulum audierat ſaniſſima verba loquutum.
Ergo hominem intuitus Paulus, mentemq. fidelem
Infirmi agnoſcens, alta ſic voce profatur,
Sta pedibus vir claude tuis, & corpora poſthac
Hæc tua debilibus non ſint obnoxia morbis.
Extemplo ſtetit is pedibus, rectusq. tenebat
Perfacilem curſum. Videre Lycaones iſthæc:
Ergo Lycaonicis Sanctos extollere verbis
Hunc in ſenſum inſtant, præclara ſimillima noſtri
Numina de cælo deſcendere viſa ſupremo:
Paulus Mercurius, ſed Barnaba creditus eſſe
Iuppiter. ecce Iouis commota plebe Sacerdos
Ceſſit ad hoſpitium teneros mactare iuuencos.
Audiuere iſthæc Paulusq., & Barnaba ſecum:
Exiliunt ergo in turbas clamore frequenti,
Ac ſciſſis damnant tunicis ea facta, fidemq.
Tùm memorant, non iſta licent, ac cernitis eſſe
Nos

Digitized by Google

Nos homines, ac mortali de ſemine natos,
Credite mortales: voſq. exhortamur inani
Ad Numen cultu penitus conuertere ſenſus.
Tempus ad hoc præſens Gentes ſunt vana ſequutæ
Dimiſſæ in peius, libertatemq. manentis
Perpetuò formæ, in prauum retulere receptum:
Ipſe Deus noſtri non immemor, extitit author,
Quippe ferens pluuias, frugeſq. in tēpora certas
Exhibuit miſeris opportuniſſima terris.
His dictis cultus vix ſedauere paratos:
Iconus ecce frequēs, atque Antiochenus iniquus
Acceſſere illuc perturbans pectora plebis,
Incertumq. animi vulgus, cœcoſq. furores
Irritans hominum contraria ſæpe tuentum.
Hi Paulum ex vrbe extractum, ſaxiſq. petitum
Semianimem linquunt fatis ceſſiſſe putantes:
Diſcipuli fratres hùc concurrére ſeorſim
Collecti, ac Paulum ſenſuſq., animiq. potentem
Iam rurſum effectū, in patrios duxere receptus,
Circa diſpoſiti, ne quis turbaret euntem.
Poſtera lux aderat, progreſſus Barnaba ſecum
Eſt Derben, docuitq. homines cæleſtia rerum:
Inde pari ſtudio relegunt prima oppida curſu,
Pectora firmantes fratrum, ac durare periclis
Hortantes, quia nam Chriſti pro nomine Ieſu
Multa ferenda homini, quo cæli ſede potiri
Æternum liceat, reproboſq. refringere ſenſus.
Decreuere viros, ſacra qui cureſſe laborent,
Vota Deo fundunt, commendanteſq. ſalutis
Authori fratres ieiunia longa frequentant:
Piſidia curſu certant contendere in vrbes,
Pamphiliæ, Attaliamq. docent, atque oppida Pergen,

Antiochenam vrbem tandem remeaſſe ſtudentes.
Hùc vbi delati retulerunt vndique lectos
Sanctorum cœtus, diffuſaq. nomina Ieſu,
Signaq. doctrinam fidei firmantia noſtræ.
Quin etiam in ſortem Gentes docuere vocatas,
Verſantesq. diù ſecum vixere morati.
Ecce ſed è Iuda quidam deſcendere viſi
Per Verpi ritus certi turbare fideles:
Quippe inferre auſi non poſſe patere ſalutis
Oſtia non verpis, ac fruſtra gentibus addi
Contendunt Baptiſma in Chriſti nomine Ieſu,
Ni verpi ritus, antiquaq. iura ſequantur,
Ex Möyſis quondam dignis concepta libellis.
Sic fratres vexant, libertatemq. repellunt
Donatam Eccleſiæ, quò verpi intruſio fiat.
Ergo ſuper cauſſa ſecum diſcrimina verſant,
Barnaba cum Paulo certi contendere verbis:
Tandem conſtituunt Solymam tranſcendere in vrbem,
Eccleſiæq. adeunt primores. Conſtitit inter
Diſcipulos Petrus aſſurgens, atque ore profatur:
Vos fratres noſtis multo iam tempore lectas
In fidei auditum gentes, quibus edita fluxit
Gratia cæleſtis, diffuſaq. munera Diuum:
Nec verò à nobis aliquo diſcriminis vſu
Seiunctæ tenuere fidem, ſed Spiritus atras
Abſterſit maculas fidei per dona receptæ.
Non ergo nobis tentanda eſt Numinis ira,
Nec fratrum deceat ceruicibus addere pondus.
Conticuit tandem: Paulusq., & Barnaba ſecum
Incipiunt latè miracula prodere rerum,
In fidei iſtius prædemonſtrata fauorem.
Hinc pariter Iacob, dictus qui frater Ieſu,
Poſtea concordi confirmat pectora ſenſu:
Vna-

Vnanimi placito ſic decreuere viciſſim
Omnes, ac moniti ſunt per mandata fideles
Non placuiſſe ſibi duras imponere leges,
In quo Diuino non obuerſamur amori:
Quare agite, & dignos vos exhibuiſſe miniſtros
Diſcite, cælitibus ſeruire libentius auſi,
Vt tandem optata vobis ſtet ſorte potiri:
Nec veſtras mentes qui turbauere virorum
A nobis miſſi, mandata ea dura tulerunt:
Barnaba cum Paulo, Sylas, & Iuda prophetæ
Hæc referant vobis, quos & valuiſſe velimus.
Dimiſſi venere locos, mandata ferentes.
Ergo alacres animo gentes cæleſtia tractant:
Iuda redit Solymam Syla remanente duorum.
Paulus at aſſumens ſocium, mihi, Barnaba, dixit,
Cura ſubeſt animis fratres inuiſere noſtros,
Ac terras obijſſe iterum, quaſcunque remotas,
Vidimus ante vna, quas & peragrauimus vnà,
Fundentes latè venerandi nomina Ieſu.
Conſilium placuit: quianam ſed Barnaba ſecum
Perduxiſſe velit Marcum, diſſenſio facta eſt:
Enixè Paulo contra obſiſtente viciſſim,
Quòd de Pamphilia quondam ſeceſſerit à ſe.
Nauigat aſſumpto Marco iam Barnaba Cy-
prum,
At Paulus Syla electo, Syriamq. peragrat,
Et Cilices, firmansq. fidelia pectora verbis,
Mandat Apoſtolici ſeruari iuſſa Senatus.
Frater erat Lyſtræ quidam, Timotheumq. vo-
cabant:
Ethnicus huic fuerat pater, at Iudæa fidelis
Mater erat, famæ iuuenis, fideiq. probatæ.
Adduxit ſecum proficiſcens Paulus eundem,
Ac verpum fecit, ne conſuetudo recepta

Vana licet de ſe, ſeuprorſus inutilis ex tunc
Læderet Hebræos, ſic prætermiſſa fideles:
Quippe ſuperuacuus mos Circumciſio facta eſt,
Poſtquam ſucceſſit ſacri Baptiſmatis vſus.
Sed ne contemptor morum fortaſſe priorum
Ex odio antiquæ legis videatur eiſdem,
Ne ſe diſſimili natu parere docenti
Fortè putent, vt non prodeſſe videret eidem,
Pertulit in verpi iuuenem deſcendere morem.
Ergo vrbes Paulo, ac terras obeunte frequentes,
Aucti ſunt fratres numero, Phrygiæq. receſſus,
Et Galatas tranſire ſtudent, Myſiamq. tenentes,
Bithinos docuiſſe parant: ſed Spiritus indè
Auertit Ieſu, quianam ſeruata laboris
Tota alijs hæc ſumma fuit; Troademq. petentem,
Viſio per noctem Paulum obſtupefecit abundè:
Vir Macedo quidam ſtabat, Paulumque precatus,
In noſtros feſtina, inquit, veniſſe receptus,
Auxilium præſta. tùm viſa receſſit imago:
Redditus vt certus per talia monſtra vocari:
Paulus in hoc regnum, ſeſe comitantibus vna
Aſſumptis Luca, & Syla acceſſiſſe Philippos
Dicitur; at recto prius eſt Samothracia curſu
Tenta ſibi, mox luce Neapolis inde ſequenti:
Huc vbi delati metas tenuere petitas:
Edocuit multis noua Sacramenta diebus.
Ecce ſed egreſſi portas ſub Sabbatha gentis
Ad flumen, populi quò conuenere frequentes,
Prodere mulieribus perſtant documenta ſalutis.
Has inter quædam, quæ Lydia dicta fuiſſent,
Purpureo huic lanas cura infeciſſe colore,
Cæleſti penitus ſpiramine tacta recepit

Læta

Digitized by Google

Læta fidem, ſacraq. expurgat pectora lympha:
Extemplo famuli, pariterq. domeſticus omnis
Mulieris exemplum ſequitur, ſortemq. beatam
Agnoſcit, curatq. animo fouiſſe libenti.
Poſteaquam Ieſu vidit ſe fonte lauatam
Lydia, & aſcitam in numerum, partemq. piorum,
Per quos tanta ſibi ſit gratia parta, fauorq.
Excipit hoſpitio gaudens, penituſq. coegit
Conſediſſe domo, ac refici communibus eſcis.
Dum Sancti prodire parant in vota tonantis,
Pythoniſſa ſibi, quæ magni occaſio lucri
Diuinando ipſis Dominis huc vſque fuiſſet,
Obuia fit, clamatq. ſequens, Quos ecce videtis,
Sunt famuli Ætherei Regis, ſuperumq. parentis:
Hi veſtros retrahant animos in certa bonorum
Pignora, & exponant late documenta ſalutis.
Ergo permultis iactauerat iſta diebus,
Cum Paulus mærens animis, penituſq. moleſtam
Perſpiciens, Ieſu per nomina ab artubus, inquit,
Cedito fœmineis, longeq. remotius ito
Spiritus infelix. vrgenti voce coactus
Spiritus auſcultat, penituſq. fugatus abiuit.
At Domini, quoniam ſibi lucri ablata fuiſſet
Cauſa ſui, ſpretos ſe, contemptoſq. putantes
Exarſere ira, ac noxam emendare parati
Prætenſam, in Sanctos conſurrexere viciſſim,
Principibuſq. Vrbis certant perducere captos,
Vltro illudentes, conqueſti plurima contra.
Hi ſeductores, memorant, hac Vrbe reperti,
Ac mores, rituſq. nouos inducere certant
Illicitos animis, qui ſunt Romana ſequuti.
Plebs ergo inſultans accurrere viſa repente,

N 6 Inde

Digitized by Google

Inde magiſtratus reſciſſa veſte virorum
Præduris cæde virgi, ac verbere multo
Sanctorum inflicto dorſis, in vincula duci,
Et cuſtodiri ſub carcere cautius optat.
Ergo pedes vinxit metuens ſub compede cuſtos,
Interiora trahens tetrarum in tecta domorum,
Ne qua diffugium, pro quo timuere, pateret.
Ecce autem Sancti media ſub nocte canebant
Orantes Domino laudes, ſecumq. retenti
Excepere ſonos: cum tellus mota retexit
Ambages rerum, vt fuerint conuulſa deorſum
Fundamenta loci: tum carceris oſtia clauſi,
Vectibus abſtractis reſerata, ac ferrea Diuis
Firma licet reſciſſa, ſolutaq. vincula plantis.
Interea cuſtos ſomno experrectus apertas,
Senſit adeſſe fores: vagina ergo arripit enſem,
Vt ſe confodiat, reputans fugiſſe moratos
Carcere. ſed Paulus cum deſperantis acerbo
Iacturam certam præcognouiſſet ab actu,
Ac ſuper hæc animi duriſſima damna doleret:
Exclamat contra conſtanti voce ſequutus;
Deſine curandam, ſeu prodere velle ſalutem,
Seu, vitam temerare tuam, dimitte furorem,
Ac timor, & cunctus de pectore mæror abeſto,
Adſumus huc omnes, quorum ratione moueris,
Nec detentorum quiſquam de carcere fugit,
Iuſta tibi poſſit quo cauſa ſubeſſe doloris,
Siue metus: animos reuoca, dubitatio ceſſet:
Ni credis dictis, ardenti introſpice tæda.
Obſequitur cuſtos, vimq. admiratus apertam
Præclarumq. rei ſucceſſum, procidit horum
Ante pedes venerans, ac tetro è carcere ductos
Exorat precibus, doceant, quæ ſemita veræ,
Quis curſus vitæ, ac fidei; ſeſe eſſe paratum
Iuſſa

Iuſſa ſequi. Sancti comites huic dicere contra
Sic orſi, Chriſtus Dominus credendus Ieſus
Filius æterni Patris, cæleſtis origo,
Tuta ſalus hominum, ac ſanctum Baptiſma tenendum
Nomine in ipſius, quò pignora certa ſalutis
Suſcipias, cælumq. tibi donetur habendum.
Ergo metu liber ſubitò Baptiſmate cuſtos
Abluitur Diuum, ſecumq. domeſticus omnis:
Vulnera verberibus concepta lauantur iniquis,
Curaturq. manu facilè tractata piorum:
Inde ſuam in ſedem gaudens perduxit, & eſca
Ieiunos reficit, pietate impulſus amica.
Luce Magiſtratus prima lictoribus vrbis
Heſternos mandat vinctos de carcere mitti.
Nunciat hæc Paulo cuſtos parere paratus:
Sed contrà Paulus, publicè nos ante cecidit
Indicta cauſſa, Romanorumq. potentum
Non veritus leges indigno verbere preſſit;
Mox duci raptos ſub ferrea vincula iuſſit.
Non ergo occultè cedemus ab vrbe fugati,
Sed nos eijciant, qui contra iniuſta tulerunt.
Verba Magiſtratus per talia territus hæſit,
Oratq. à vinclis cedant ex vrbe ſoluti,
Lydiacos Paulus fratres, ſociosq. reuiſit,
Hortatur fidei, quæ ſemina iacta fuiſſent
Pectoribus fouiſſe ſuis, ſolatus abundè:
Mox abit, vt fundat fidei noua ſemina terris.
Ecce peragrata Amphipoli cum fratribus ijſdem
Paulus, Apollonamq. vrbem ſub Theſſala venit
Achedorum ad fluuium: hic Paulus de more docebat
Doctrinam Ieſu Synagogam ingreſſus, Ieſum

Inſi-

Inſinuans, mortisq. animo perpeſſa libenti
Funera decreto Diuum in medicamina noxæ,
Turba hominum Paulo auſcultat, Sylæq. docenti
Victa fidem, ſecumq. alij de Gente ſequuti.
Cuiuſdam excepti fuerunt hucuſque fidelis
Iaſonis hoſpitio, quò concurrére tumultu
Iudæi plures commoti in damna virorum
Sanctorum: at Sanctis hinc ſeceſſiſſe repertis,
Inuecti contra, quoſdam cum Iaſone fratres
Extraxere domo, & coram ſtatuere Senatu,
Principibusque vrbis, damnantes facta virorum,
Surgentemq. fidem terris, ac nomina Ieſu:
Cæſareis, memorant, hi contradicere iuſſis
Contendunt, Regemq. nouum ſuperaddere certant.
Spreti ergo didicere pati pro nomine Ieſu:
Poſtea dimiſſi, at Paulus, Sylasq. profecti
Illicò nocte locis, vrbem petiere Beræam:
Huc introgreſſi Synagogas nomina Ieſu
Inſinuant, Ieſuq. fidem monſtrare tuendam
Incipiunt, ſacrosq. libros per funera Ieſu
Completos, apicemq. antiquæ legis eundem.
Scrutati textus nouere fidelia plures
Verba ſuper Ieſu, conſeruandasq. ſub imo
Corde notas Pauli, ſacramentumq. colendi
Nominis, humanos dederat quod Numen in vſus,
Commodaq. optandæ per ſæcla perennia vitæ.
Acceſſere illuc, per quos fuga capta Beræam eſt,
Turbantesq. animos plebis mouere tumultus.
Ergo ſolliciti fratres deducere Paulum

Ad

Ad mare feſtinant, ne quid pateretur iniquum;
Inde profecturum in doctas comitantur Athenas.
Ecce per hos Paulus mittit mandata Beræam
Ad Timotheum, ac Sylam, quos ante reliquerat illic,
Quamprimum accedant, ſeſeq. ſequantur euntem.
Certi votorum Pauli, opportunaq. nacti
Tempora committunt dubijs ſe curſibus ambo:
Tandemq. attingunt metas, nulliq. recuſant
Pro fidei augmento ſupponere membra labori.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VIGESIMVSTERTIVS.

DVm ſocios Paulus præſtolabatur Athenis ,
Efferuens fidei zelo , impatiensq. quietis
Cœpit diuini diffundere ſemina verbi .
Nulla dies fuerat , qua non Synagoga docentem
Audiret, verbiſve foro deſiſteret vti .
Philoſophi è Stoicis, ſectatoresq. nefandi
Moris Epicuri,ſecum contendere perſtant .
Ille voluptatem per blandam humana beari
Pectora diſſeruit, vitio vt laxaret habenas :
Non pauci damnant, ac ſeminiuerbia Pauli
Dicta vocant, alij proferri Dæmona terris
Arte nouum mira iactant , quia Ieſus apertè
Ponitur, ac functus vita reuocandus in auras.
Ergo deprenſum coram duxere Senatu
Areopagita: doctrinæ verba relatæ,
Poſcentes cauſſas, ciues nam vana ſequuti
Conſueuere nouos audire, aut promere caſus :
Hos inter Paulus clara ſtans voce profatur ,

Vos

Vos ego vt ex actu par eſt inferre notato,
Pandere vanorum video dictamina morum:
Cum pertranſirem, inſpexi ſimulachra Deorum
Veſtrorum, poſitamq. Ignoti Numinis Aram.
Hoc ergo, quod vos pariter coluiſſe ſtudetis
Ignari rerum ipſius, visq. omnis, & actus,
Auribus infundo, atque animis denuncio veſtris.
Hic Deus eſt opifex terræ, cæliq. profundi,
Et Superum, atque hominum Dominus, rerumq. repertor:
Marmoreas non ille domos, non tecta ſubintrat,
Factorum nullius eget, penitusq. fruentes
Senſilibus largo cumulat munimine vitæ.
Hic pariter ſtatuit menſuram, & iura creatis
Certa nouis, fixitq. dies, ac tempora rebus.
Cùm ſit vbique Deus, non circumſcribitur vllis
Ambitibus tamen, aut metis, formaq. locorum,
Queritur, vt tactu quaſi contrectetur amico.
Nec reperire licet, quamuis non longius abſit.
Nemo putet ſimilem fabrefactis rebus eundem:
Nos erimus ſimiles, quos & deſpexit abundè.
Temporibus primis, & quos generauit ab alto,
Sublimem infundens animum, mentemq. ſuperbam.
Idem iudicium tandem ſediſſe laboret
Longè æquum in Chriſto, cuius virtute ſalutem,
Ac vitam dederit ſaluandis Gentibus, vt iam
Exemplo in ſeſe potuit firmaſſe fideli,
Viſcera diſrumpens læthi, mortemq. perénem.
Ergo pæniteat ſcelerum, vitæq. prioris,
Si cui cura ſubeſt donis cæleſtibus vti.
Hiſce peroratis tacuit: deludere quidam
Occæpere virum, aſt alijs repetenda videtur

Con-

Concio, quòd vitam deſtructa morte nouandam
Inſereret per verba iterum, læthumq. fugandum.
Nec verò incaſſum ſermo prolatus, adhæſit
Quippe Dionyſius fidei, Damarisq. vocati,
Nonnulliq. alij; Paulusq. receſſit Athenis.
Ecce Corinthiacam tandem deuenit in vrbem:
Iudæum hic Aquilam reperit, qui nuper opima
Cum lecto Iudæorum conciue frequenti
Ceſſerat Italia, decreto Principis acri:
Cumq. Aquila reperit ſibi per connubia iunctam
Priſcillam, quorum hoſpitio fuit ipſe receptus.
Hic interpoſuit per Sabbatha nomen Ieſu,
Iudæos, Græcosq. docens, occurrit eidem,
Qui comes in curſu Sylas, Timotheusq. priori
Extiterat, ſocij pariter per plura laborum.
Inſtabat Paulus verbo firmare fideli
Iudæos, latè contradicentibus ijſdem:
Excutiens veſtes Paulus ſic ore profatur:
In caput hic veſtrum ſanguis vertatur, & adſit
Pœnarum nimium per ſæcla ſequentia poſcens.
Vos quoniam indignos cæleſti munere cerno;
Indignos pariter quia vos feciſſe ſtudetis,
Ad Gentes animos, ac verba docentia Ieſum
Conuertam, vt referant per ſuccedentia plenos
Secla ſinus, vacuis perſtantibus ante vocatis.
Dixerat. Inde Titi iuſti commigrat in ædes.
Criſpus erat Princeps Synagogæ factus in vrbe,
Audijt is Paulum, Pauloq. adiunctus, & vnà
Secum alij ſubiere fidem, ac Baptiſmatis vndas.
Ergo per viſum Ieſus monuiſſe refertur
Paulum nocte ferens, non hìc abſiſte morari,
Neu ceſſa perſtare meum diffundere nomen,
Ac ritus ſacros, præſertim in ſedibus iſtis:
Quip-

Quippe horum plures cæleſtia dona ſequantur:
Nemo tibi noceat, quòd te fouiſſe laborem.
Ergo vbi permanſit dudum feruentius inſtans
Edocuiſſe omnes in Chriſti ſacra vocandos:
Achaicus Proconſul erat, qui nomine dictus
Gallio. Iudæi Paulum rapuere frequentes,
Per vim ducentes coram Proconſule Gentis,
Damnantes doctrinam hominis, quaſi legibus idē
Obuerſaretur, cultus inferre receptis,
Oppoſitos certans, ac permiſcere prophanos.
Paulus ad hæc ſeſe verbis defendere contrà,
Incipiens animis interritus obſtat, & audet.
Tùm verò Proconſul ait, Si peſſima rerum
Molitum hunc hominem, aut quæuis non iuſta viderem,
Non equidem paterer ſubterfugiſſe ſeueris
Proreptum manibus, ſeu falli turpiter æquum:
Sed, quia certamen de legibus eſſe videtur,
Deq. leui cauſſa verti diſcrimina cerno,
Non ego iudicium ſuper hoc tentaſſe pararim.
Accuſatores ergo dimittit, & ipſum
Abſoluens à ſorte reum dimouit iniqua.
Tunc omnis rabie motus Iudæus, & ira
Soſthenium arreptum, qui Princeps eſſet in vrbe
Hebræos inter populi pro tempore ductor,
Vt qui paſſus erat Paulum noua ſacra docentem,
Percutiunt duro torquentes verberis ictu,
Aſpernante hominem latè Proconſule rerum.
Paulus at obdurans certis poſt illa diebus,
Tandem Aquila adiuncto ſibi, Priſcillaq. receſſit
In Syriæ fines, Epheſumq., vbi ſeparat à ſe
Adductos remouens, ac multa ediſſerit vnà
Iudæos contra magnis feruoribus actus.
Nec tamen hìc multis placuit perſtare diebus,
Cæ-

Cæſaream petijt, mox Antiochena reuiſit
Oppida, tùm Phrygiam, & Galatas ex ordine poſcit.
Interea quidam fuerat Iudæus Apollo
Nomine, qui tantùm noſſet Baptiſma Ioannis:
Hic Ieſum Chriſtum per myſtica verba docebat
Iudæos publicè ſacro ſermone reuincens,
Diuorum interpres, defenſatorq. librorum.
Hunc ſecum aſſumptum Priſcilla inſtruxit, & vnà
Priſcillæ coniux Aquila, vt perdiſceret altè
De Ieſu doctrinam omnem, ſortemq. piorum.
Ergo Epheſo abſcedens Achaiæ migrat in vrbes:
Hic vbi ſacrarum declarans myſtica rerum,
Profuit immenſum Eccleſiæ, ſoboliq. fideli.
Fortè peragrabat dicto ſub tempore Paulus
Eccleſias, claramq. Epheſi conceſſit in vrbem:
Incidit in fratres, quos ipſe interrogat vltrò
Spiritus an ſanctus, dum ſacra contigit vnda
Abſtergi ſeſe, ſupra deſcenderit artus?
Diſcipuli contrà, neque dum percepimus vnquam,
Spiritus hic ſanctus num verè exiſteret actu,
Quippe Ioannæo fuimus, velut ante frequentes
Venturo in Chriſto abluti baptiſmate tantùm:
Paulus ait, Credendus erat per talia Ieſus
Poſtea venturus, quem iam miſſum eſſe videmus.
Ergo iterum Ieſu ſacro ſunt fonte lauati.
Sed verò impoſita dextra ſuperaſtitit alto
Spiritus, vt reliquis perſæpe fidelibus ante
Biſſeni fuerant linguarum dotibus aucti.
Introgreſſus erat Synagogæ clauſtra, colendam
Inſinuans Ieſuq. fidem, ac cæleſtia rerum
Regna ſatis, multis contrà obſiſtentibus vltrò,
Di-

Duratis animis, prorſusq. rebellibus auſis.
Paulus at abiunctis in quaſdam fratribus ædes
Diſſerere inſiſtit, contemptoreſq. refellit.
Ergo audire parant omnes, quæ dicta fuiſſent
Sacramenta Dei, ſortemq. libentius iſtam:
Nec verò non mira idem concurrere certus
Effeciſſe parat Pauli virtute miniſtra.
Quippe recedebat victus de corpore languor,
Ac pulſus Dæmon diſcedere ſæpe coactus,
Ad tactum veſtis, qua Paulo contigit vti.
Quidam è Iudæis per Chriſti nomina Ieſu,
Quem Paulus noſſet, ſeu quem ſequeretur in actis,
Experti immundas adiurauere cateruas.
Reſponſant illæ, nobis eſt notus Ieſus,
Ac pariter Paulus; vos, vt norimus eoſdem,
Deſpicimus tamen, ac penitus contemnimus omnes.
Vix ea, cùm ſubito inuectus cacodæmon apertè
Occæpit iuuenes vexare licentius iſtos,
Verberibus latè inflictis, ac vulnere ſæuo.
Diffugére viri domibus terroribus acti:
Cognita res vrbi, ciues commouit abundè,
Vt magni Paulum facerent, Ieſumq. timerent.
Ecce autem multi, qui corda fidelia geſtent,
Præturpes actus, animiq. immunda fatentur:
Aſt alij libros aſportauere ſequuti
Vana ſuos publicè, quos combuſſere frequenti
Coram cœtu hominum, vt decies ea millia quinque
Nummorum precij collectio tota referret.
His ita compoſitis, latèq. fidelibus auctis,
Eraſtum, Timotheumq. ſuos præcedere iuſſit,
Queis Solymam peteret. curſus iam trãſitus oris
Ema-

Emathiæ quærendus erat, terraq. Corinthi.
Ergo miniſterium bini ſubijſſe laborant.
Interea exorta eſt Epheſi turbatio rerum:
Demetrius fuerat quidam Argentarius: ampla
Hic ex argento effingens delubra Dianæ,
Immodicos ſocijs quæſtus, ac lucra ferebat.
Conuocat iſte viros, ac tali voce profatur:
Qui nobis fructus noſtris ex cultibus, & quæ
Commoda prouenіant, res nõ incognita vobis.
Ecce nouos Paulus ſtudet introducere mores,
Et ſacra, quæ formæ longè obuerſantur auitæ:
Si fortè obtineat, magno quæſita labore
Lucra retrò fugiant, atque euaneſcere cœptent:
Præterea cultus, & ſacramenta Dianæ,
Quæ veſtros hucuſque ſinus, ac Regna beauit,
Felici, ac celebri cura fouiſſe laborans,
Aeternum valeant, atque efflorеſcere ceſſent.
Quare agite, & mecum totam cõfundite Genté,
Contra fautores Pauli contendere certi.
His plebs acceptis cæcas exarſit in iras,
Ac ſuper exclamans, ingenti voce ſequuta eſt,
Latior eſt Epheſum defendere cura Dianæ:
Sunto Epheſi pariter ſenſus coluiſſe Dianam:
Sitq Epheſo ſemper venerabilis ara Dianæ.
Iam trucibus commota animis, totumq. pererrãs
Turba Epheſum, in comites Pauli percurrere perſtat.
Raptus Ariſtarchus fuerat, Caiusq. ſequuti
Emathia Paulum terra: cùm Paulus apertè
Se dare tentaſſet, quamuis periturus in hoſtes,
Ni ſocij auertant & fratrum cura reſiſtat.
Vnus Alexander cœtu detractus iniquo,
Impoſitisq. ori manibus ſedaſſe tumultus
Per nutum ſtudet, ac geſtorum reddere cauſſas.
Aſt

Digitized by Google

Aſt vbi Iudæum populus cognouit eundem,
In patrios metuens ne ſic contingeret vſus
Peccari, ac velut inſidijs de limine pelli
Antiquos cultus, rurſum componere voces
Nititur horrendas; ac firmo corde Dianam
Inuocat, æternum ſibi quo fauiſſe laboret.
Clamori inſiſtens binas vbi perſtitit horas,
Quidam de Scribis turbæ ſedare tumultus
Ingentes cœpit celſæ de culmine ſellæ:
Cōmemorans cauſſas omnes procul eſſe timoris,
Cùm ſibi ſtet cultus facilè tenuiſſe receptos:
Nec modo deprenſi blaſphemauiſſe Dianæ
Inuenti fuerint: quod ſi quid fortè querantur,
Iuridicè accuſent coram Proconſule Gentis,
Ne ſibi contingat ſeu ſeditionis haberi,
Seu dici authores, cum ſit damnabile factum:
Sic tandem furijs ea plebs agitata quieuit.
Paulus at hortatus ſenſu perſtare fideli
Diſcipulos, poſtquam deferbuit impius error,
Emathios repetit fines, fratresq. reuiſens
Confirmat verbo, nec degeneraſſe piorum
Conſilijs ſtudeant, Ieſumq. libentius optent.
Græcos ergo ſinus, fratresq. recurrere certat:
Sed tamen in Syriæ cupiens abſcedere Regnum,
Pertulit inſidias, quas latè effugit, in oras
Emathiæ Regni remeans, comitante Sopatro.
Ibat Ariſtarchus ſecum, Lucasq., Secundusq.,
Et Tychicus, Gaius, Trophimus, Timotheusq. vocati,
Cum lecti comites diuerſa è gente fuiſſent.
Horū aliquos Troadem cū præceſſiſſe placeret,
Hic præſtolati Paulum ſunt pone ſequentem.
Ecce autem interea tota conuenerat vrbe
Fratrum turba frequens dapibus cæleſtibus vti:

Mox

Mox exhortantem, ac latè exaudire docentem
Diuinos Paulum ſenſus, ac myſtica rerum;
Hic mediam ad noctem pertraxit longius vſu
Sermonem ſeceſſurus ſub luce ſequenti:
Tota domus ſplendet, lychni laquearibus ardēt.
Eutichus auditor notæ inſediſſe feneſtræ
Dicitur, & ſomno preſſus cecidiſſe deorſum:
Occubuit ſubitò fatis correptus iniquis.
Paulus at incumbens iuueni, complexus & artus
Defuncti vita, verſusq. ſodalibus, inquit,
Pellite corde metus: vita qui creditur orbus,
Nondum propterea cedat vitalibus auris,
Quippe animus, ſenſusq. olli reuocabilis adſit:
Rurſus & alloquitur, poſtquam guſtauerit eſcas,
In lucem lectos hominum: mox inde receſſit,
Auditorum animis puero in ſurgente refectis.
Ecce autem placidis verrentes æquora ventis,
Aſſumpti Pauli comites venere ſub Aſſon,
Cùm terra facturus iter diſceſſerit idem.
Ergo concurrunt Aſſon, rurſusq. ſolutis
Nauibus è portu Mitylenem accedere tentant,
Inde Chium, Samumq., atque oppida nota Mileti,
Hùc Epheſo accitis natu maioribus omni
Ex numero fratrum conſtanti pectore fatur,
Viuendi quondam formam, qua protinus vſus
Vobiſcum perſtans fuerim, per tempora noſtis,
Multa ex inſidijs, cùm vos Diuina docerem,
Priuatim, publicèq. tuli teſtatus Ieſum:
Iam repeto Solymam, cuius duriſſima memet
Vincla manent, animiq. metus, forteſq. labores:
Exitus incertus rerum eſt, ego viuere certè
Pro Ieſu expleto facile contempſero curſu.
Vos id noſſe velim, ſenſuq. aduertite veſtro
Hunc

Digitized by Google

Hunc fore ſupremum occurſum;quippe amplius
iſtis
Me nemo veſtrum poſthac inſpexerit oris.
Conſulite Eccleſiæ. me diſcedente rapaces
Adfuerint ouibus lupi, vt abduxiſſe fideles
Contingat recto mentes in praua ruentes.
Non ego deſtiterim vos commendare parenti
Sydereo, vt cœptos in vobis compleat actus.
Non me veſtri auri, aut veſtis, non vlla cu-
pido
Argenti cæpit, cùm ſuppeditauerit eſcas,
Quas vellem, mea cura mihi, veſteſq pararit:
Quin alijs etiam deſumpti lucra quotannis
Profuerint ex parte mei, atque impenſa laboris.
Dixerat: ex oculis lachrymæ erupere piorum
Flebilibus motæ verbis, ac ſorte ſiniſtra.
Ergo ſtudent flexis exorauiſſe parentem
Poplitibus Superùm quo fratribus adſit ijſdem:
Oſcula tum Paulo pariter dulciſſima figunt,
Procumbuntq. humeris,colloq. hæſiſſe laborant.
Ad mare deductus fuerat,iamq. ardua puppis
Remorum obnixu liquidas tranauerat vndas:
Deuenere Coum recta, Pataramq., Rhodumq.,
Præteruecti vnà Paulus, comiteſq. ſequuti;
Ad læuam propior dimiſſa eſt inclyta Cyprus,
Hinc Syriam repetunt, Tyrios vidére colonos.
Occurrunt fratres, Paulum vitaſſe monentes
Aſcenſum Solymæ propter diſcrimina rerum
Haud dubiè inſtantum. ſed non vitaſſe labores
Eſt animus Paulo. deducitur ergo ſequentum
Officijs ad litus, vbi fudere Tonanti
Vota Deo, flexo venerati poplite Numen.
Conſcendunt nauem Paulus, comiteſque ſe-
quuti,

Digitized by Google

Panduntur velorum alæ, verruntur & vndæ,
Vrbemq. accedunt Ptolemæi à nomine dictam:
Hìc vbi diſcipulos inuiſere contigit omnes.
Mox in Cæſareæ percurrunt oppida recto
Tramite, Philippi ſubeuntes tecta domorum:
Is ſeptem è numero fuerat, cui quattuor eſſent
Virgineum natæ ſeruantes membra pudorem,
Ore prophetantes non incertiſſima rerum.
Agabus interea Iudææ venit ab oris,
Qui zona Pauli aſſumpta, pedibusq. reuinctis,
Ac pariter manibus, ſic eſt affatus eoſdem:
Qualis ego vinctus vobis cernentibus adſum,
Talis erat Solymæ, cuius zona iſta putatur.
Ergo dehortati Solymam conſcendere in vrbem
Sunt Paulum fratres: quibus ille audacius infit:
Quid me diſſimili ſenſu terrere ſtudetis
Dilecti fratrum? ac per triſtia verba dolentes
Afficitis mœrore animum? mihi certa voluntas
Pro Ieſu eſt ſubijſſe necem, non vincula tantùm.
Ergo abeunt vrbem verſus, ſecumq. receſſit
Cæſarea Mnaſon, qui Paulum poſſet in vrbe
Excipere hoſpitio, curſuq. leuare laborum.
Succedunt Solymæ, quos excepere libenti,
Atque alacri fratres animo. Sed luce ſequenti
Inuiſens Iacob, ſeniorum vbi lecta virorum
Turba frequens ſecum conuenerat: incipit idem
Expoſuiſſe ſuos caſus, & maxima rerum
Dona miniſterio ipſius per nomina Ieſu
Gentibus adiunctis fidei conceſſa recenti.
Laudauere Deum fratres ſucceſſibus iſtis.
Mox infit Iacob, Noſtras defertur ad aures
A veteri Moſis in cunctis te lege perennem
Sciſ-

Sciſſuram tentaſſe locis, radicitus omnem
Ritum extirpantem Patrum, moreſque ſacrorum.
Adſunt Iudaicæ complura fidelia ſortis
Millia, quæ deceat ſenſu concurrere in vno:
Iam noſtra in reduces defluxit epiſtola Gentes,
Quæ rerum euitanda ſibi, aut quærenda fuiſſent.
Ergo animis aduerte tuis, & ſaxis abundè,
Quæ legum ex cauſſa cupimus; quò nouerit omnis
Eccleſiæ cœtus de te non vera loquutos
Quoſdam hominum, & Paulum legis præcepta ſequentem.
Quattuor hic adſunt, quorum de more recepto
Ex voto fuerint capita eradenda virorum.
Hos ergo ſeptem in templo comitare diebus,
Purificans temet, quoad vſque oblatio fiat.
Ergo ne fratres contemptu legis aperto
Contingat lædi, licet eſſet prorſus inanis
Effecta in Chriſto typica obſeruatio rerum,
Et quædam ſubeunda foret per tempora, donec
Plenius in fidei Regnum concurreret orbis;
Cùm prædiſpoſitis ſacras accedit in ædes.
Tempora dum currunt legis ſtabilita fauore,
Iudæi ex Aſia in templo agnouere moratum:
Ergo omnem populum latè mouiſſe laborant,
Inijciuntq. manus Paulo clamore ſequuti:
Hic, memorant, contra Moyſem, Templumq. ſacrorum,
Et contra legem ſanctam peccaſſe frequentat.
Edocet hic populos ritus confundere noſtros,
Ac vitæ mores: non hic deſpexit in ædes
Induxiſſe Dei Gentes ex lege prophanas,

Vndique concurrunt auidi diſcerpere Paulum
Iudæi, arreptumq. trahunt in funera ſecum.
Educto Paulo ſunt oſtia clauſa repente
Diuini Templi, vt claudi quoque ſacra putares
Expleto curſu veterum, accedente nouorum.
Occidiſſe parant, & percuſſiſſe laborant:
Defertur populi Ducibus, gentisq. Tribunis
Confundi Solymam: quod, ni quantocius adſit,
Lapſuram in peiora vrbem per ſcandala rerum:
Accelera miles, nobis ſeruato magiſtrum.
Dux ergo accurrit, raptumq. ex hoſte reducit
Paulum deuinctum binis in caſtra cathenis,
Perquirens de ſorte hominis, cauſisq. malorum.
Ob turbas ergo cum quid cognoſcere certi
Nequaquam poſſet, portari milite iuſſit,
Succlamante ſibi populo, atque in ſæua petente
Funera ſupremæ Paulum mortisq., necisq.:
Obſecrat hunc Paulus, cum iam cœpiſſet apertè
In caſtra induci, ſibi permittatur haberi
Sermonem populo. Poſtquàm Dux nouit eundem
Romanum è Tarſo ciuem, Græcasq. tenentem
Perſenſit voces Paulum, conceſſit abundè.
Interea nutu poſcente ſilentia Paulo,
Et gradibus nixo, vulgi mota ira quieuit:
Auribus arrectis adſtant, ille infit, & audet
Hebræa, & patria lingua mollire rebelles.
Ergo ait, E Tarſo Cilicum Iudæus habendus
Ipſe ego ſum, fratres, Solyma enutritus in vrbe,
Gamalielis ope inſtructus, ſtudioq. docentis,
Æmulus antiquæ per tempora plurima legis.
Ipſe ego Chriſtiadas iamdudum enixius armis

Inſe-

Inſequi, & infandæ morti dare protinus auſus,
Ante laboraui ſubiens diſcrimina Gentis:
Facti totius teſtis mihi præſul adeſto.
Pergebam in Syriam, quò perduxiſſe liceret
Hùc vinctos mecum, portans mandata potentum:
Cùm ſubitò è cælo lux circumfuſa nitenti
Aſtitit alma mihi, vox & delata per auras
Me deiecit equo, ſenſusq. hos verba notabant,
Saule quid inſequeris memet, qui dicor Ieſus?
Exagitans famulos, atque impia funera miſcens?
Huic ego reſpondi, quò me tua certa voluntas
Perculit ò Ieſu? quid me feciſſe laboras?
Contra Ieſus ait, poſtquam ingrediere Damaſcum
Percipias, rerum quid te feciſſe laborem.
Viſu captus eram propter vim luminis acrem.
Ananias ergo quidam de fratribus ad me
Accedens, verbo curauit lumine captum,
In Ieſu Baptiſma docens, & crimine purgans.
Ecce reuertenti Solymam, orantiq. viciſſim,
In Templo Ieſus mihi rurſum aſtare videtur,
Atque ait, Accelera, Solyma diſcedito ab vrbe,
Non etenim eſt habitura fidem tibi vera loquenti:
Ipſe ego te cupiam Gentes docuiſſe remotas,
Sic teſtis meus eſſe velis, ſic pergere cures.
Vix ea diſſeruit Paulus, cùm turba furore
Percita conclamat, Non hunc vixiſſe ferendum eſt.
Ergo proijciunt veſtes obſtare parati,
Perfuſoq. minas aduerſus puluere iactant.
Militiæ interea princeps in caſtra reduci
Præcepit vinctum, ac torqueri membra flagellis,

Vt cauſſam in pœna labis fateatur acerba :
Ductorem incuſat Paulus, qui turpibus auſis
Romanum fœdare caput per verbera tentet.
Ille vbi Romanum Ciuem cognouit eundem,
Tortorem amouiſſe ſtudet, neque paſſus iniquum
Ferre ictum, vetitus maiorum lege ſeuera :
Sic ſtetit incurſus nequam, ſic impius auſus.

Digitized by Google

SACRARVM DESCRIPTIONVM

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

IAm noua lux aderat, cùm conueniſſe Tribunus
Iudæos iuſſit, cupiens dignoſcere cauſſas
Turbarum latè notarum, iraſq. frequentes:
His medium ſtatuit Paulũ, quos acriter audet
Intendens contra, atque inſit, me Numine corã
Verſatum quondam per tempora mente fideli
Dixero non falſo, quòd ſim verſatus abundè.
Vix ea protulerat, cùm præcipit inclyta Pauli
Ora, Sacerdotum Princeps per verbera cædi:
Sed contra Paulus, mens ò nequiſſima rerum,
Te Deus arbitrio non dedignetur acerbo
Sternere, dum contra leges me cædere tentas,
Iudiciumq. ſedes, quaſi recta ſequaris, & æquum.
Aſtantes referunt, Princeps eſt iſte ſacrorum.
Paulus ait, Non nota mihi ſua munera ſunto:
Principibus deferre decet virtutis honorem.
Tum voce ingenti exclamat, quia ſpero futuros
Cæleſtis vitæ curſus, ſortemq. beatam,

Iudicor indignè, quaſi legis fautor iniquæ.
Fortè immixtus erat cœtus Phariſæus ibidem,
Humanos artus qui crederet eſſe nouandos,
Menteſq. abſtractas Superi concederet axis:
Hic Sadducæos, qui rerum vtrumque negarent,
Inſurgit contra, certus defendere Paulum.
Ergo in Concilio diſſenſio facta frequenti eſt.
Militiæ ductor metuens, ne fortè feroces
Opprimerent hoſtes Paulum impellentibus ira,
Indigniſq. auſis, penitus diuellit eundem,
Tuta in caſtra ferens aſſumpto milite ſecum.
Aſtitit hic Paulo Ieſus ſub nocte ſequenti,
Atque ait, Haud dubites, tu teſtificabere Romæ
Me, nomenq. meum, velut hac modò contigit
Vrbe.
Poſtera lux aderat, deni quater ecce virorum
Deuouere neci ſeſe, ieiunaq. ab eſcis
Suſtentaturos iurarunt corpora, donec
Indigna arreptum traherent in funera Paulum.
Ergo Sacerdotes adeunt, ac talia iactant,
Concilium ſubeant iterum, Paulumq. repoſcant,
Perſcrutaturi melius dictamina rerum:
Se fore diſpoſitos per vim rapuiſſe, priuſquam
Iudicio accedat, duræq. opponere morti.
Concurrêre animis, ne quid ſucceſſibus obſtet:
Sed verò obniti fruſtra cæleſtibus auſi.
Audijt iſta nepos Pauli, qui detulit omnem
Rem Paulo, ambageſq. truces, ac ſæua virorum
Conſilia: is iuuenem iuſſit deferre Tribuno.
Detulit, ergo timens, quæ fortè parata Tribunus
Damna forent, noctu Paulum dimittit ad vrbem
Cæſaream, cœtu ſecum comitante frequenti;
Feliceмq. docet cauſſas per ſcripta notatas.
Præſes erat Felix, Druſillaq. iuncta marito

Felici

Felici fuerat: Felix felicior idem,
Tempora ſi noſſet propriæ opportuna ſalutis.
Præſes vbi vinctum coram ſe cernit eundem,
De patria percontatur: mox milite miſſo
Immeritò claudi iuſſit ſub carcere Paulum.
Ananias Princeps ſacrorum à quinque diebus
Cæſaream pariter viſus deſcendere in vrbem:
Adfuit Orator ſecum Tertullus ibidem,
Nonnulliq. alij. Tertullus dicere cæpit,
Iniuſte in Paulum vt Felix conuerſus abiret,
Sollicitus damnare virum: quippe, inquit, apertæ
Seditionis adeſt reus hic terraq., mariq.,
Diuini Templi ius inuiolabile turbans,
Sectasq. inducens, quarum non amplius vſus
Extitit, vt meritò morti damnabilis eſſet:
Non diuerſa fremunt alij, pœnasq. repoſcunt.
Annuit interea Præſes, ſibi verba licere:
Paulus ait, multo Felix cùm tempore Præſes
His fueris terris; facilè cognoſcere poſsis
Vix à biſſenis hùc me veniſſe diebus,
Vota ferens, ac dona Deo, ſocijsq. vocatis,
In Templo certè, ſed non docuiſſe repertus
Ipſe ego ſum, nulloſq. ſequēs, agitāsq. tumultus:
Iudæos quoſdam ex Aſia præſto eſſe deceret,
Qui me de Templo iniuſtè rapuere trahentes,
Accuſaturos, ſi quid te noſcere vellent:
Sed verò vanis ſubnixi ſenſibus hærent.
Opponi poſſit, me dicere corpora rurſus
Informanda animis, vitæq. inferre futuræ
Felices curſus. ſed quantùm conſona veris
Hæc eadem fuerint, ratio dictare videtur.
Concilium Felix dimittere cœpit, eaſdem
Velle ſub aduentus ſe cognouiſſe Tribuni:
Cōmemorans cauſſas, ne quis ſubrepſerit error.

Digitized by Google

Iudicio in tanto ſibi, deuinctumq. teneri
Interea Paulum voluit, nullum eſſe moleſtum,
At potius licuiſſe alijs ſeruire paratis
Tuta miniſterio ſupponere colla petito.
Rurſus at accedens Felix, Druſillaq coniux
Audijt à Paulo monſtrantia verba ſalutem,
Vt tremeret Felix, dum Paulum contigit omnẽ
Iudicij ſeriem, ac diſcrimina certa futuri,
Iuſtitiamq. Dei, fideiq. exponere pondus,
Opprobrium vitij, & caſtæ virtutis honorem.
Sed verò Felix, quamuis accerſeret ad ſe
Sæpius alloquio dignans, quia cæca libido
Pellit auaritiæ, ac ſperata pecunia gratis,
Immeritum retinet tamen, expletoq. relinquit
Munere Prætoris vinctum per tempora, Feſto
Succedente ſibi, ſatis vt feciſſet iniquis.
Cæſarea Feſtus Solymam conſcenderat vrbem:
Iudæi proceres adeunt, enixius orant,
Perduci hùc Paulum iubeat, ſic namq. putabant
Inſidijs latam eſſe viam, tandemq. necari
Poſſe dolis, dum tentat iter, dum pergit eundo.
Feſtus ait, veniat mecum accuſator in vrbem
Cæſaream, latè obijciens ſua crimina contra.
Ergo recedentem cœtus comitatur iniquus
Iudæorum hominum: quo contendente Tribunal
Cõſcendit Feſtus, coram quoque Paulus ibidem
Aſtitit obiectos auſus, noxasq. refellens.
Feſtus Iudaicis cupiens parere petitis,
Proponit Paulo, num ſeſe vellet in vrbem
Perduci Solymam, Solymæq. ſubire tribunal,
Iudiciumq. ſuum. Paulus, ne lata malignis
Semita peccandi contra ſe fortè daretur,
Totus vt infringi contingeret impetus hoſtis:
Vt ſenſim Romæ Diuina oracula iuxta
Con-

Concurſus fidei fieret, culmenq. nouari
Eccleſiæ inciperet, Solymæ impendente ruina,
Iudicijs Superum ſic impellentibus ipſis:
Vt ſtabili, ac certo, facili ſed tramite rerum
Cæſaream depoſcit opem, ſummumq. Tribunal:
Feſtus ait, fiet, Romam mitteris ad vrbem,
Iudiciumq. tibi dabitur ſubijſſe vocati
Cæſaris, & Romæ totam defendere cauſſam.
Fortè ſalutatum Prætorem Agrippa Nouatum
Cæſaream, atque vnà ſecum deſcenderat vxor
Bernice: his Prætor Pauli caſum explicat omnẽ.
Rex Agrippa refert, hominem audiuiſſe loquentem
Ipſe velim. Cras, Feſtus ait, tentaſſe licebit.
Poſtera lux aderat, coram Prætore locorum
Agrippa, & coniux faſtu ſuccincta ſuperbo,
Et multis pariter iunctis primoribus vrbis,
Conſedere pari ſtudio audiuiſſe parati:
Siſtitur in medio Paulus, qui Præſule Feſto
Concedente ſibi, atque Agrippa Rege vocato,
Sic ait, Haud dubiè me latè Agrippa beatum
Crediderim, quòd te coram dixiſſe licebit,
Iudaicos qui noſſe vſus, moreſq. videris.
Me Solymæ nouere omnes Iudæa ſequutum
Iura prius per cuncta Deo ſeruire paratum,
In ſpe promiſſæ vitæ, velut ante prophetæ
Diſſèruere, Tribusq. à primo tempore certant.
Ipſe ego Chriſtiadas quondam inſectatus iniquè
Occidi imprudens, aut blaſphemare coegi.
Cumq. Damaſcenos fines mandata ſequutus
Primorum peterem, dum Sol altiſſimus eſſet,
Me circum affulſit ſuperans cæleſtia lumen,
Ac proſternit humi, pariterq. incuſat abundè
Vox conqueſta meos actus, & ſcandala rerum.

Hic etiam rurſus me depoſcente, quis eſſet?
Quidve ſibi vellet? Ieſum ſeſe eſſe profeſſus,
Præcipit in Gentes latè diffundere nomen
Ipſius, veramq. fidem peccata docentem
Abſtergenda virùm, per Chriſti nomina Ieſu.
Non ego Diuinum ſenſum, inſtinctumq. repello,
Auſcultaſſe iuuat per mille pericula verbis,
Ac doceo reprobis ſecedere ab actibus omnes.
Hac ergo ex cauſſa Iudæi occidere memet,
Arreptum in Templo certatim impenſius optāt:
Nil contra Moyſem expoſui, cōtraq. prophetas;
Quin Moyſem, ac Sanctos ſtat defenſare prophetas.
Paſſurum Chriſtum ſi prædixere frequentes,
Rurſus & in ſuperæ reuocandum munera vitæ,
Quis legem offendi? peccataue dicat iniri?
An Deus in vitam, fatis qui ceſſit iniquis
Non reuocare potis? nō hoc docuere Prophetæ?
An non ex illis aliquot vitalibus auris
Defunctos vita rurſus donaſſe feruntur?
Ipſe ego, vt in Sanctis nō ſim numerandus auitis,
Diuinæ ſubnixus opi, per nomina Ieſu,
Sæpe alias vici morbos, mortemq. fugaui.
Feſtus vbi ſenſit procedere longius auſum,
Ignarus rerum putat inſanire loquentem,
Incuſatq. vltro per verba ferocia Paulum.
Non, vt rere, meus ſermo veſanus habendus
Feſte, ſubit Paulus: qui rem dijudicat omnem,
Rex Agrippa poteſt dictorum exponere cauſas.
Rex Agrippa refert, næ me perſuaſeris huius
In fidei veniſſe actus, ſubſcribere verbis
Paule tuis, legemq. amplecti, ac nomina Ieſu.
Paulus ait, qualis fuero, qualemq. videtis,
Salem ego te cupiam, ſi vincula dēpſeris iſthæc.

Se-

Seceſſere locis, qui conueniſſe reperti,
Decernuntq. reum, non eſſe in vincula iuſtè
Damnatum, aut mortem iuſta ratione parandā:
Rex Agrippa ſubit Feſto, ni Cæſaris idem
Nomina Iudicij cauſa repetita vocaſſet:
Dimittendus erat vinclis, ferroq. leuandus.
Sed verò fundanda fides fuit altera Romæ:
Reijcit, ac reprobat Iudæus munera Diuum,
Vt reprobus fiat reiecto in munere Diuis.
Aſportate virum miles Romanus in Vrbem:
Scilicet, vt veſtri vicerunt Regna parentes,
Hic dederit veſtris ſuperare nepotibus aſtra.
Nulla triumphantū ſpolia æquiparanda virorū
Sunt ſpolijs iſtis: quippe induxere prophanos
Ii cultus, auruma. frequens, ſimulachra Deorum
Vana prius. dabitur cæleſtia pignora vobis
Induxiſſe Vrbi. felicia dicere poſſis
Vbera lactentum ſub talia tempora natos
Participes ſacrorum iſtorum per ſæcla futuros.
Ergo vbi decretū eſt vinctum ſuccedere tandē
Finibus Italiæ, ac Romæ defendere cauſam,
Paulum cum reliquis, Centurio Iulius audet
In tutam cepiſſe fidem, atque inferre ſub Vrbē.
Conſcendunt nauem, appellunt Sidona ſequenti
Luce omnes, Paulo permiſſum inuiſere fratres.
Ibat Ariſtarchus ſecum, Lucasq. ſequuti:
Deuenere Cyprum latè obſiſtentibus Euris:
Inde tenent Lyſtram Lyciæ, pelagoq. feruntur
Pamphiliæ; ac Cilicum nauem hic reperere pe-
tentem
Italiam, immiſitq. intro Centurio vinctos.
Decurſum cōtra Gnidum eſt, Salmonaq. Cretæ,
Inde Bonusportus, cui ſint Thalaſſa propinqua
Oppida, ſed tardè contra nitentibus ijſdem
Exci-

Excipit. Hic Paulus conſtanti voce loquutus,
Curſibus infidum tempus docet eſſe paratis.
Non habuere fidem Pauli gens inſcia verbis:
Conſilium capiunt Phænicem accedere, rurſus
Tentantes iter, ac dubij diſcrimina Ponti:
Iam Cretæ regnum relegunt, Aſſoq. recedunt.
Ecce autem inſurgẽs contrà Typhonicus obſtat,
Incaſsũm obnixi quia ventus, & vnda feruntur.
Inſula, cauda fuit quæ nomine dicta perenni:
Protinus hùc ventis, ac tempeſtatibus actis
Vix licuit tenuiſſe ſcapham, vix eruta ſoſpes,
Vitatæ Syrtes, quarum metus hæſerat ingens.
Tùm demum iacta arma ratis, ſpes dẽpta ſalutis,
Per plures ſublata oculis ſunt ſydera noctes,
Motaq. per plures cæleſtia lumina Soles;
Bis ſeptem ſubeunt ieiunia longa diebus.
In medio tandem Paulus conſurgere cœtu
Viſus adhortatur vultus reuocare ſerenos:
Quippe ait, Erratũ vt fuerit, non cõmoda nacti
Tempora, ſoluentes Creta, malè veſtra ſequuti
Conſilia: at iuſſit, noctu qui venit ab aſtris
Aliger aſſiſtens diſſoluere corda timore:
Tu Romam intrabis, tu Cæſaris ibis in ædes,
Inquit, & incolumes conſeruabuntur ab vndis
Iactati comites diuerſa per æquora tecum:
Nemo mari pereat, ſic vos ſperate futurum,
Vt fuit expoſitum, terræ ſiſtemur ouantes:
Inſula nos capiet, nauem Adria põtus habebat.
Dimidium iam noctis erat, ſenſere timentes
Aſpera nautarum lecti, terram eſſe propinquam.
Inſula clara fuit, veteres dixere Melitam:
Hùc præteruecti, demittitur anchora puppi
De naui: nautæ ſibi quærere velle ſalutem
Occœpere ſcaphis, Paulus tamen audet, & infit:
Sitis

Sitis vt incolumes, nemo de naue recedat,
Scindantur funes, ac vincula cuncta ſcapharũ.
Sic factum: interea ſurgens aurora refulſit:
Quid ni, Paulus ait ſocijs, cùm feſſa labore
Corpora ſint nobis, liceat recreare per eſcas,
Cùm fuerint eadem multis ieiuna diebus?
Vt dixi, nulli veſtrum contingat in vndis
Hac vice demergi, aut imo perijſſe profundo.
Credita res, recreati animi, pariterq. refecti
Corpora ſunt eſcis, frumentaq. cætera puppi
Proijciuntur aquis. Iam lucidus æthere Titan
Fulſerat, ac terræ propius patuere repertæ:
Agnita non fuerat regio, certatur abundè
Applicuiſſe oris terræ, impellente ſecundo
Afflatu nauem vento; decepta Thalaſſi
Eſt impacta ratis: iam prora immobilis hæret:
At puppis latè diſſoluitur æquoris vndis.
Conſilium cepere ferox occidere miles
Carcere detentos, cuſtoditosq. cathenis.
Hos inter Paulus, ne quid pateretur iniquum,
Repreſſit multos; prudens Centurio motus:
Sic miſeris Paulus rurſus noua cauſſa ſalutis
Extitit, & rurſus vitæ quaſi cauſſa receptæ.
Ergo iubet vaſto ſecum procedere ponto,
Ac primos enaſſe viros, ſuccedere terræ,
Ignaros nandi lignis ſuper æquora ferri:
Sic tamen incolumes euadere contigit omnes.
Barbarus humani non immemor extitit vſus,
Et facilè mores eſt amplexatus amicos.
Ergo mari feſſos ſuccenſo protinus igne
Impendente gelu latè, pluuiaq. refecit:
Impiger at Paulus cogit ſarmenta, facesq.
Excitat imponens pyræ, quò prorſus abirent
Frigora corporibus, recreataq. membra calerent.

Inte-

Digitized by Google

Interea rapidis commota eſt vipera flammis,
Inuaſitq. manum Pauli quaſi certa nocendi.
Barbara Gens hominum, vt caſus videre notatos
Illicò blaſphemant Paulo, tumefactaq. virus
Acceptura putant, longum & bibitura ſoporem
Corpora. ſed Paulus diſcuſſo protinus angue
Cœpta miniſterij pergit ſua munera lætus.
Ergo vt Diuinum celebrant, quaſi Numen honorant.
Princeps hoſpitio, qui nomine Publius eſſet,
Excipit humanè triduo opportuna miniſtrans.
Huius erat genitor morbis vexatus acerbis:
Inuiſit Paulus, tùm vota profundit Ieſu,
Imponitq. manus homini. mirabile dictu,
Soluitur ingenti fœdorum ardore malorum.
Circum fama volat, totis concurritur oris
Aduentaſſe virum memorant, qui protinus atros
Poſſit ab oppreſſo depellere corpore morbos.
Curatur pars magna virum languore fugato:
Excipiunt Paulum cultu, comitesq. frequenti,
Atque opportunas imponunt nauibus eſcas.
Centum tranſactis fermè poſt inde diebus
Portubus abſceſſum, Syculisq appellitur oris:
Prima Syracuſiæ ſunt oppida cognita terræ:
Hìc toto comites triduo manſere morati,
Inde legunt circa terras, Rhegioq. propinquant,
Dictam vrbem à Puteis adeunt, Romamq. ſequenti
A curſu veniunt, Paulo occurrentibus vltrò
Iudæis multis. Poſtquam conſpexit eoſdem
Paulus, agit Domino grates, animosq. recepit:
Viuere ſeiunctim Paulo eſt conceſſa facultas,
Sed tamen eſt iuſſus cuſtodiuiſſe ſatelles.
Elapſis aliquot proceres vocat ecce diebus,
Ex-

Exponitq. viæ cauſſas, omnemq. laborem:
Non ego vos ſtimulum, me nullum afferre timoris,
Ignorare velim, quaſi condemnaſſe laborem.
Cæſaris arbitrium quondam nō ſponte popoſci,
Iudæo cœtu ſed compellente coactus:
Hac vna ex cauſſa vos accerſiſſe volebam.
Hoc ego ſum vinctus ferro, vinctusq. cathenis
Propter ſpem Tribuum. Tu Roma aduertito voces:
Machina ab hoc fidei conſurgere debuit ortu.
Iudæi reſponſa ferunt, non vlla virorum
A nobis de te mandata recepta fuerunt,
Nec quiſquam Solyma contra veniſſe repertus:
Nos auidè cupimus de ſecta audire notata
Quæ ſentis, perfertur enim ſermone frequenti,
Huic hominum generi conſtanter vbique reſiſti.
Tempore compoſito multi venere ſub ædes
Hoſpitij Pauli latè ſuadere parati
Doctrinam in Chriſto fidei, totisq. diebus
Diſſeruiſſe ſtudet, ſacro de codice haberi,
Dicendum Chriſtum Ieſum, quem Numen in orbem
Mittendum ſeſe promiſerat eſſe daturum.
Complures habuere fidem, perſtantibus horum
Nonnullis cæci tenebroſo in tramite ſenſus.
Acribus hos Paulus verbis incuſat abundè,
Atque ait, Iſaias vos condemnaſſe videtur,
Proſpiciens duras mentes, animosq. rebelles.
Debuit exponi regnum cæleſte vocatis
Ex Iacob Tribubus: ſed ſacra repellere mens eſt
Dona Dei vobis: Diuum ergo in munera Gētes
Accerſiſſe placet, vobis vt ſæpe, repulſis,
Indignos quoniam vos effeciſſe ſtudetis:

Au-

Auribus auditis, ſed non cognoſcitis ijdem:
Sunt oculi vobis non luminis vſibus apti,
Perlegitis Moyſem veris, ſed ſenſibus orbi:
Eſt ratio in vobis, ſed non dictamina recti:
In peius ruitis ſemper de culmine moti:
Sydereo vobis conuertere dorſa parenti
Perpetuò curæ fuit, atque hærere profundo.
Heu, quantum veſtræ fidei præceſſerit olim
Diffuſa in cunctas per ſæcula gratia gentes.
Scilicet Ægypti ſedes ingreſſus Ioſeph
Inuidia pulſus fratrum, ditauit eaſdem
Frugibus, & latè Mareotica regna refecit,
Eſcarum cumulis dira fame fratribus actis.
Nullus erit finis, ſi commemorare velimus,
Quæ ſubeunt animo tantarum ſymbola rerum.
Dicta ſatis fuerint, docilem ad cæleſtia mentem
Pauca mouēt, flectantq. tamen nō multa rebellē.
Illi abeunt, dignas & controuertere cauſſas
Inter ſe latè moniti per talia cæptant,
Ac veluti ſiccis excepta fauilla ſub eſcis
Si circùm contingat agi, ventiq. furentis
Flatibus impulſa exhalet, conceperit auctis
Viribus ingentes modico de ſemine flammas:
Talis erat Pauli virtus, ac forma docendi.
Binas per brumas Romæ, binosq. per æſtus
Diſſeruit nullo penitus prohibente virorum,
Quò tantum veræ fidei ſuccenderet ignem.
Vincula quis Romæ noſtri admirabere Pauli:
Cauſſa patet rerum, tota admiratio ceſſet:
Extremi reliquos longè melioribus inter
Virtutum fuerant decorandi inſignibus actus.
Sedes prima fuit Romæ fundanda ſacrorum:
Et quia de binis ſupponi debuit idem
Structuræ, haud decuit Roma diſcedere Paulū;

At

At decuit Romæ vinctum conſiſtere Paulum.
Petrus Romanam pariter conceſſit in vrbem:
Hic vbi damnati iuſſis cecidere Neronis.
Demùm ambo virtute pari, ſed diſpare lætho:
Quippe cruci affictus Petrus eſt:tu Paulus ijſdē
In terris ferro peris obtruncatus iniquo.
Non poterat cœcis fidei lux clara tenebris
Attingi, aut noſci. motus fuit impius aſtu
Peruerſorum hominum, vt Petrum, Paulumq. necaret.
Nec potuit virtus, neque tot miracula rerum
Nota ſibi,atque alijs vitijs librata malorum,
Inuidiaq. truci mentem pepuliſſe Neronis,
Vt reuocet facti decreta indigna nefandi.
Sed placitum Superis hæc fundamenta fidelis
Eccleſiæ iecisse vrbi, pariterq. ſceleſtos
In melius vertiſſe vſus,animosq. malignos.
Tandem ſublato, feruore Nerone perempto.
Imperij cepit Dux Veſpaſianus habenas:
Iudaicos populos hic in peiora relapſos,
Atque in Romanos animis hoſtilibus vſos
Sollicita domuit cura,Solymamq. potentem
Subuertit,genito aſſumpto adiutore laborum;
Cælituum penitus ſic impellente Senatu,
Ac Superum fatis ſic concurrentibus ipſis;
Diuinis vt ſubſidijs, hominumq. fauore,
Pro quibus Æthereo verterunt dorſa parenti,
Deſerti, celebrem tulerint, ſtabilemq. ruinam:
Donec tranſacto præſcripti temporis orbe
Authorem agnoſcant vitæ communis Ieſum.

* * * *

Sacrarum Deſcriptionum Finis.

BIBLIOTECA NA... ROMA

Digitized by Google

Errata Lector corrige.

Pag. 5. Inter verſum 15. & 16. Inſcripta porta quod
Liuiſana annuit. 6.verſ.6.origine ſtirpis antiquiſſimę.
7. in Chriſto Ieſu pleniſſimā. 12.v.20. Exeruit. 15.
v.4.pro. 16 v.31.ſubductum. 17.v.8. ſecurum. 18 v.
24.impuniti. 20.v.17.Olympicus. 21.v.20. vortice.
21.v.24.ante. 22 v.13. ſatus. 24 v.15. ſurgunt. 26.
v.8. Trimi. 27.v.8. perfer. 29.v.28. Smaelis. 29. v.
33.ipſi. 30.v.22.Ales memorat. 33.v.19.inerit. 35.
v.1.animo. 36.v.7.erat. 38.v.5.Viſæ ſunt ſcalæ. 38.
v.6.Innixum & ſcalis. 48.v.25.Promus. 51.v.13. con-
texti. 52.v.18.Dimittat. 57.v.19 ſaporiferum. 57.
v. 29. Aſſolet, in fœdos ſeu. 59.v.18. ſerenda. 59.v.
28.ſubeat. 61.v 17.reſpondit. 62.v.7.tuentibus. 64.
v.9.vaduntq. 67.v.34. aduerſas. 71.v.14.nouos, te-
ſtacea. 71.v.30.Idolum eſt. 72.v.8.Sichen. 74.v.9.
In timidum leo ſi graſſetur ouile. 75.v.7.remolebat.
77.v.8. tota cauſſæ legatio. 77.v.25 ſeq.,ſuasq. 79.
v.9.potentum. 82 v 21.æquis. 87.v.30. concurrere.
88.v.20.fronti. 90.v. 8. prouidus. 90.v.28. & v. 32.
præputia. 92.v.22.Nobe. 92.v.34 Doeggo. 94 v.13.
ſepoſitam. 95.v.5. Horum. 96. v.1. quieſcenti. 96.
v.17. fidiſſe. 98. v. 11. En pythoniſſas, 99.v.1. datur.
99.23.rogat. 99. v.26. infixiſſe. 99 v.32. mœroris.
100 v.15.ambiri. 104.v 9 profuſio. 110.v.21.appen-
ſa mouendis. 111.v.4. illic. 114.v.17.Totam graſſa-
tur in vrbem. 114.v.20. fiunt. 119.v.9. Moabitas.
119 v. 33.ſolus. 124.v.6.pauca. 125.v.27.proſpexiſ-
ſe. 133. v.9.infectus. 134. v.22.deducit. 136. v.22.
ægro. 137.v.24.genuitq. 139 v.2.hunc. 139. v.32.
plenæ. 145.v 15. adoleuerat. 146 v.29. pertraxiſſe.
151.v.8.fugatas. 151.v.21.funera Regnum. 152.v.22.
deſignant. 159.v.26.obſedere. 162.v.22. accenſos.
163.v.24.captu. 165.v.30.poſſimus facile, ac medios
perrumpere. 167.v.17.appenſa mouendis. 171.v.33.
Accus, 173.v.19.eoſdem. 174.v.10.vexandas. 176.
v.19.quodam. 181.v.3.Gabriele. 181.v.8.Thuricre-
mas. 186.v.7.mox paritura. 190.v.1.quæruntq. eni-
xius. 195.v.4. poſſis. 196.v.1.Capharnai. 199.v.11.
deſeritis. 200.v. 13 poſſe. 200.v.25.Dæmonis. 200.
v.28. actu. 203.v.4.capti ſunt. 203. v.12. ſequutas.
205.v. 32.propellitur. 209.c 6 iniſſet. 209.v.18. to-
tiesq. , quouſque. 210.v.31.latè diſcenda. 211 v 4.

fuerit

fuerit munus. 211.v.8.en Samaritæ. 212.v.13 quianam. 212. v 32.longè. 216. v.22.adeſſet 218 v.28. notantes. 219. v.28. ijſdem. 222. v.6. vi nominis. 224.v.25 putet. 225.v.13. turbetq. 225. v.25. quærenda. 226.v.11.parentis. 227.v.17.Hic. 227.v.20. praua. 227.v.21.erige. 229.v.23.aſpernandus. 230. v.3. acceſſere. 230.v.15. redeant. 230.v.29. obduruerat. 230.v.31 nequaquam abſimilis. 231.v.10. malè. 232.v.25.ſublimes. 237.v.12. funera. 237.v. 15.fictis 241. v.6. Ephram. 241. v. 7. fameſcebat. 243.v.13.ſenſus. 244.v.3.metanda. 245.v.22. meus mihi iunctus. 246.v.8.at pater. 253.v.28 mortis. 257.v.29 pondere. 259.v.21.dolore. 260.v.24. ferri. 265.v.12. didiſſe. 266. v.18. gentibus edoctis. 267.v 3.contigit. 272.v.4.geſta admirata virorum. 272.v.15.perferre. 274.v.10.vt vmbra Petri. 274. v.25.rurſum. 277.v.11.E patria ipſum Abraham,noſtrasq. 277.v.14 externas. 277.v.17.iſtos. 279 v.21. quaſi terrea Numen. 283.v.17. non cauit. 284. v. 15. vrbemq. Saronam. 295.v.28.curaſſe. 297.v.26. fidelia. 298.v.30 fuiſſet. 300.v.2.cædi virgis. 300. v.25. Hìc. 302.v.5. fuerant. 314. v. 13. talis erit. 314. v.32 A Moyſis veteri. 322. v. 33. Conatum vt totum infringi contingeret hoſtis. 324.v.33. talem ego. 327.v.21. repreſſit ſtultos. 331.v.5. affixus. 331.v.17. ferrove.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M
N O

Omnia ſunt folia integra.

R O M Æ,

Apud Hæredem Bartholomæi Zannetti. M. DC. XXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google